Digitized by Google

2. 3. 86

Digitized by Google

2.3.96
P.H 13581

Digitized by Google

Digitized by Google

DIPLOMATARIA MAGUNTINA

PAGOS

RHENI, MOGANI, NAVÆQUE WETTERAVIÆ, HASSIÆ, THURINGIÆ, EICHSFELDIÆ, SAXONIÆ ETC. ILLUSTRANTIA

IN LUCEM PROTRAXIT

STEPHANUS ALEXANDER WÜRDTWEIN,
EPISCOPUS HELIOPOLENSIS
SUFFRAGANEUS WORMATIENSIS, ETC.

TOMUS II.



MAGONTIACI, MDCCLXXXIX,
SUMTIBUS SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ,
ET TYPIS ANDREÆ CRASS.

Digitized by Google

2,336

Digitized by Google

LECTORI AMICO SALUTEM!

Inter data Chartarum et Diplomatum laboris atque negotii multum eruditioribus etiam faceſſerunt hae verborum formulae: *Gegeben am Oberſten. Oberſten tag. Ober oſten tag. Am Obriſten. Oberigſten. Oberſtag. Am heyligen Oberſten tag.* Sic apud illuſtr. ab Hontheim *Hiſtor. Trevir. Diplom.* T. II. p. 191. ſq. ubi *Carolus* IV. Imp. confirmat *Boëmundo Trevirorum* antiſtiti inveſtituram feudalem caſtri *Elz* prope monaſterium *Meinfeldiae.* Datum ita legitur: *Der geben iſt zu Nurenberg den nechſten tag nach dem Obriſten tag. nach Chriſti geburt Dreyzehn hundert und darnach in dem 56ten jahre.*

Apud Struvium *in dem hiſtor. und Polit. Archiv.* P. I. p. 35. et 37. in charta *Caroli* IV. dicitur: *Des neheſten Mittwochens nach dem achten tage des heil. Oberſten tages.*

Cl. Gerckenium *in Codice Diplomatico Brandenburgenſi* T. IV. p. 385. *An der Widdeweke* (Mittwoch) *vor dem overſten dage.*

Ludewigium T. VI. *Reliq. MS.* p. 416. *Gegeben am neheſten ſontage noch den obirſten tage. A. MCCCLXXXV.* In docu-

prolapſus videtur, cum ad verba: Gegeben am *neheſten Sontage, noch den obirſten tage*, in quaeſtionem erumpit: quis ille ſupremus dies? Num *Obirſten* quaſi contracte *Oſtern*?

Bucholz T. II. *Brandenburg. Geſchichte* p. 430. feſtum *Mauritii* (22 Septembris) legionis *Thebaeorum* Ducis et in finibus *Sedunorum* hortatoris ejusdem pro obtinenda Martyrii palma ſtrenui et inviſtiſſimi per verbum *Obirſten* deſignari in vanum exiſtimat.

In aprico nunc eſt, per verba: am *oberſten tage* &c. denotari feſtum Epiphaniae Domini, id quod primitus erat in Oriente junctum feſto Nativitatis Jeſu Chriſti inter feſta totius anni praecipuo et principali. Vid. Tillemont nota 4. et 9. *in vitam Jeſu Chriſti.* S. *Chryſoſtomus* Antiochiae praedicans enuntiat: *Lapſos decem tantum annos, ex quo in Oriente feſtum Nativitatis fuerit cognitum et ex Eccleſia Occidentali devectum.* S. *Hieronymus Epiphaniam hunc diem vocat, quo Salvator noſter baptizari voluit, ob acceptum coeleſte teſtimonium manifeſtatae gloriae ſuae.* Hanc inter feſtivitates Eccleſiae maximam fuiſſe ex eo facile colligere eſt, quod ei Natalis Domini adjuncta fuit, hinc Ammianus Marcellinus lib. 23. refert, *Julianum* Imperatorem fidei Chriſtianae deſertorem cum Chriſtianis die Epiphaniae, quo *Viennam Allobrogum Pariſiis* reverſus eſſet, ingreſſum Eccleſiam: *Feriarum die, quam celebrantes menſe Januario Epiphaniam dictitant, progreſſus in Eccleſiam, ſolemniter Numine adorato, diſceſſit.* S. Gregorius Nazianzenus pariter Orat. 20. teſtatur *Valentem* Imperatorem hodierno officio interfuiſſe, ibique mirum in modum commendaſſe coetum populi innumerabilem, rectumque ordinem, quo S. *Baſilius* Pontificali muniere fungebatur:

 Erat

Erat autem Epiphaniae dies coetusque ampliſſimus. S. Hieronymus *in Ezech.* c. 1. ait : *Feſtum hoc maxima ſemper veneratione habitum, non quidem ad honorandam Jeſu Chriſti Nativitatem, ut nonnulli arbitrabantur, ſed ad memoriam Baptiſmi ſui celebrandam : Epiphaniorum dies huc uſque venerabilis eſt, non, ut quidam putant, Natalis in carne; tunc enim abſconditus eſt et non apparuit; ſed Baptiſma, in quo aperti ſunt Chriſto coeli.* Non poterat igitur Epiphaniae nomine appellari feſtum Natalis, quoniam Salvator noſter in Nativitate celaverat gloriam ſuam, quae manifeſte apparuit in baptiſmo.

Quod hac die, ſexta nempe Januarii, Nativitas Domini cum Epiphania ſimul celebrata fuerit, certa, quae remanſere, indicant veſtigia. Multis enim in locis dicebantur aevo adhuc recentiori ad primas veſperas Epiphaniae, feſti Nativitatis Chriſti Antiphonae : *Tecum principium &c.* quas ad primas et ſecundas veſperas adhuc recitant *Carthuſiani.* *Romae* antehac, ſicut in pluribus Galliae Eccleſiis, ante *Te Deum* legebatur : Liber generationis J. C. ſecundum Lucam, quemadmodum legitur ſecundum Matthaeum in Natali. In quibuſdam Eccleſiis et adhuc in *Parochia S. Pauli Pariſiis* ſervatus eſt mos, ad tertium nocturnum legendi cum luminibus, incenſo et ornamentis tria evangelia et tres homilias eadem ſolemnitate, qua in natali nunc leguntur, evangelia autem ſunt *de adoratione Magorum, de Baptiſmo Jeſu Chriſti* et tertium *de primo ejus miraculo.* Concludimus ex his cum Thomassino lib. II. c. 7. ubi, *nullus ſanae mentis*, ait, *inficiabitur, Epiphaniae ſolemnia maxima ſemper et celeberrima fuiſſe. Patebit hoc cuivis evolventi priorem librum et ſacros faſtos expendenti ſecundum annorum ſeriem in utraque Eccleſia. In illis Epiphania ſuum ſemper ſibi vendicat locum,*

tum

tum quoque; *cum celebritates plurimae, quae nunc aguntur, nuſquam comparent.* CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ Lib. V. Can. XIII. jubent: *Epiphaniae dies ſit vobis in maximo honore, quo die Dominus propriam Divinitatem oſtendit.* Antiquiſſimus inſuper Eccleſiae mos eſt, ut die feſto Epiphaniae quot annis Paſchatis dies cum feſtis mobilibus in Eccleſiis tam Occidentis quam Orientis denuntietur. Conſtat id ex Concilio *Aurelianenſi* A. C. DXLI. celebrato, quod Can. I. ſtatuit: *Itaque placuit, Deo propitio, ut ſanctum Paſcha ſecundum laterculum Victoris ab omnibus ſacerdotibus uno tempore celebretur. Quae feſtivitas annis ſingulis ab Epiſcopo Epiphaniorum die in Eccleſia populis denuntietur.* Videatur PONTIFICALIS ROMANI P. III. titulus I. Maximum igitur et principale feſtum ab anni initio Epiphania Domini reputatur, unde illa compellatio: *Der oberſte Tag.* . . . . .

A. MDXII. *Auguſtae Vindelicorum* per *Johannem Syttich* impreſſus eſt in 4. *Joannis Kunſperger Kalendarius ſamt Hyginius von den 12. Zeychen cum figuris ligno inſculptis*; in hoc Calendario ad ſextam Januarii diem legitur *der Obriſt* et ad diem 13. Januarii: *Der achtet des Obriſten.*

A multis quidem jam ſaeculis Feſtivitas Natalis Domini a ſolemnitate Epiphaniae Domini ſeparata celebratur XXV. Decembris et inde annus ſumſit ſuum initium; inter ambo tamen feſta connexio remanſit plane ſingularis, cum feſtum Epiphaniae in Diplomatibus audiat: *Der zwölfte tag.* Subinde etiam: *der Dreyzehende tag*, nempe a Nativitate Domini. Quod ſi ipſa dies Nativitatis connumeretur, habebimus dies tredecim usque ad Epiaph-

phaniam, ſi non connumeretur, dies duodecim.* Ita *Galli* dicunt: *Après quinze jours*, *Germani*: *nach 14. Tagen.* Hi ex die primo, et decimo quarto faciunt diem unum, illi duos.

Joannis *Rer. Mag.* T. I. p. 674. litteras emtionis oppidi *Ballenberg* allegat datas: *Mittwoche nach dem zwölfften, den man nennt den obirſten.* A. MCCCLIX. quae verba bene explicat: proxima *Mercurii poſt Hypapanten.*

Inter monaſterii *Ilmenſis* documenta Tomo Diplomatariorum proximo fortaſſis edenda proferemus: *Einen Vertrag des Cloſters wegen einer Marck jårlichen Zinſes an einer Hufen Landes aud einen Settelhofe zu Kirch remde. A. MCCCLII. Gegebin* . . . *an den nehſten Suntage nach dem zwelften tage* (7. Januarij). . . . .

Diplomatarium hujus Tomi I. ſub Num. LXXII. litteras *Petri* Archiep. exhibet, *worinnen er Georgen Rugraven die Burg und Stadt Alzey anvertraut*, ſignatas: *Der iſt gegeben zu Mentze, do man von Godes geburte zalte drutzehn hundert jar in deme Nunzehenden jare, an dem achten dage des zwölfften dages* (13. Jan.).

Apertiſſime loquitur charta *Henrici* III. Archiep. *Mag.* cum *Gyſelbertum de Winthuſen* conquiſiviſſet Caſtrenſem in *Nuenſtat.* Sic autem explicit: *Der geben iſt zu Ameneburg des Dinſtages nach dem zwelfften tag*, das iſt: *Epiphania Domini*, *do man zalte nach Criſtus geburte Drutzehn hundert und ein und virzig jar. Subſid. Diplom.* T. V. p. 223.

Novo-

* Utriusque compellationis exempla ſuppeditamus.

Novorum Subſid. Diplomaticorum T. VII. Praef. p. 9. aliud ſubminiſtrat exemplum in litteris *Conradi* II. Archiep. ſuper caſtro *Winſberg*, quae finiuntur: *ſo han wir unſers capitels inſigel zu des obgenanten unſers gnedigen herrn herrn Cunrads Ertzbiſchoff zu Mentz inſigel öch gehenckt an dieſen brieff der geben iſt zu Mentze uf fritag nach dem zwölfften tag der Wihen nachten in dem jar do man zalt von Criſti Geburd drutzen hundert nunzzig und ſehs jar.*

Tom. IX. *Novorum Subſid. Dipl.* p. 333. gibt *Henrich Schezel* dem Ertzbiſchoffen *Adolfe* ſein leben auf und bittet ſolches dem *Gotſchalck* und *Heinrich* von *Kremesdorff* zu ertheilen. Charta ſic terminata eſt: *Der geben iſt uf den neſten Mantag nach dem zwelfften nach Gotsgeburte tuſent druhundert unde in dem nuntzigeſten jare.*

Anglo - Saxones diem Epiphaniae ſacram appellabant *den Twelftan deeg.* In *Chron. Bremens. Archiepp.* MS. et in Rethmeieri *Chron. Brunſwic.* p. 700. legitur: *der hillige tag tho twoefften.*

In diplomate *Oldislebienſi* A. MCCCLVII. *der zwelffte tag unſers herrn.*

Schannat *Clientel. Fuld.* p. 337. *am mittwoche nach dem zwelfften.*

Apud Rethmair l. c. c. I. p. 662. *in den hilgen Twelften.*

Schlöpkens *Chron. Bardewic.* p. 287. *binnen den achten dagen thowolfften.* Additur ibi: *Die ſogenannten zwölfften machen des*

)()(*jars*

Digitized by Google

jars ausgang und anfang. Id quod *Haltaus* explicare non potuit; nunc vero admodum pateſcit, quod ſex dies ad annum praeteritum, ſex vero ad anni novi initium pertineant.

Apud Du Mont *Corps Diplomatique* T. I. P. II. p. 16. occurrit *Sammeſtag vor den zwölften tag und an dem nechſten Suntage vor den zwolfften tage*, ubi addit: *Ces deux dates ſont difficiles à dechiffrer. Le calcul n'y ſuffit pas. Il faut neceſſairement recourir aux conjectures.* Hodie, ex ſupra adlatis et inferius adferendis neceſſum haud eſt, ad incertas confugere conjecturas, cum ſat ſuperque conſtet, quod dies duodecima ſit Epiphania Domini. Ex ſuperabundanti quaedam adhuc adponimus exempla: In *Schilteri Comm. Juris Feud.* Alemann. p. 600. et 602. habetur: *nach dem heiligen zwoelfften tag nach Weihenachten.* In diplomate Landgraviorum *Thuringiae* A. MCCCLXIX. *von der Verpfändung Sangershauſen. Zwiſchen hie und den zwelften tage den man nennet Epiphanie.*

Haec dies ſubinde audit: *der dreyzehnte tage*; id unde proveniat, ſuperius jam meminimus. *Dreyzehente* pro varietate dialecti varie enuntiatur: *Druttiender dag. Drutteydder dach. Darthien dagh. Darthiender dagh. Darthûn dag.*

Teschenmacher *Annal. Cliviae*: *op den heiligen Drutteydden dagh.* In Vredy *Genealog. Comitum Flandriae* P. II. p. 432. *nach dem heiligen Dritzienden tag.* Charta alia ſic finitur: *Dirre brif wart geſcrivin unde gegewin zu Lithinborg des Sunedagis vor dem Dricondeſleme dage* (Dreyzehente Tag), *do der milier lif von Godis geborte Duſint zwehundert unde ſes und attihgz jar*; id eſt: den 30. December MCCLXXXVI.

Variae

Digitized by Google

Variae etiam chartae referunt diem decimam octavam poſt Nativitatem Domini, quae eſt dies vel decima vel undecima Januarii pro diverſo numerandi modo, prout ſupra jam monuimus. Cum autem dies vigeſima Januarii Octava Epiphaniae ſit, rectius decima octava dies a Nativitate Chriſti erit undecima Januarii. Sic exſtat charta *Joannis* I. Rugravii data MCCCXXIII. *an dem achtzehendem dag unſers hern.* *Haltaus* aliud adfert exemplum. Item Wencker *de Uſsburgeris* p. 53. *An dem Dinſtag vor dem zwenzigſtem dage zu Wihenacht &c. &c.* *Godeſcalcus* de *Pleſſe* ejusque filius *Joannes* et nepos ex fratre *Hermanno Godeſcalcus* monaſterio *Weendenſi* dimidiam marcam annuorum reddituum vendunt. *Chartae finis*: *Unde ys gegeven na Godes bort Dritteyn hundert jar in deme twey unde vyftigeſten jare, des Sondages na dem achtegeden daghe tho twelfften.* Scheidt *Nachrichten vom Teutſchen Adel. p.* 506.

De Gudenus T. II. p. 463. de officio Camerarii *Magontini* refert: *Item ein Camerer hat alle jar drey ungeboden ding an dem gericht. Das erſte uff den mitwoch* NACH DEM ACHZEHENDEN TAG &c. (*videlicet Januarii*). Cum vero omiſiſſet determinatam hujus diei explicationem, hic eam ſupplere juvat.

Dies decima octava, a feſto Nativitatis Domini numerando eſt undecima Januarii; cum dies decima tertia ſit vigeſima a feſto ſuprafato. P. Hergott ad. an. MCCCCXXXV. chartam adducit, in qua legimus: *Sant Hilarien tag* (quae ſemper cadit in 13. Jan.) *den man nempt den zwentzigſten tag von Wienechten.* Adpoſita dies Mercurii pro annorum varietate eſt vel duodecima Januarii dies,

 ut

ut an. 1267. 1278. 1351. 1362. 1373. 1435. 1446. 1457. 1468. &c. vel decima tertia Januarii &c. &c. vel&c.

Haec exempla magno numero adlata quemvis facile convincent, quod dies Epiphaniae Domini ſit der *Oberſte tage*, der *zwölffte* oder der *Dreyzehente tag* a die Nativitatis Chriſti usque ad Epiphaniam.

Ad noſtra nunc Diplomataria.

Primum continet Chartas ad geſta ſub *Petro* archiep. *Magontino* reſiduas, queis feudorum praecipue Caſtrenſium natura et indoles multum inluſtratur atque nova jus *Germanicum* nanciſcitur incrementa, nec non ſtemmatographia familiarium nobilium et illuſtrium, Comitum de *Eberſtein*, de *Werdemberg*, de *Monteforti*, *Irſutorum*, in *Katzenelnbogen*, in *Virnburg*, de *Cygenhain*, de *Solmze*, de *Hohenfels* (Dominorum) de *Waldecken*, de *Seyn*, de *Spanheim*, de *Nyſen*, de *Wertheim*, de *Lutterberg*, de *Weſterburg* (Dominorum), de *Runckel* (Dominorum) *&c.* ne, quid de Regum, Ducum, Militum ac Armigerorum proſapia commemorem, copioſa luce perfunditur. Addiſcimus inſuper, quam illuſtris tunc temporis jam fuerit curia feudalis *Magontina*. Volupe non minus eſt perſpicere majorum noſtrorum mores et conſuetudines, quarum ſubin adhuc deprehendimus reliquias.

Secundum eſt Diplomatarium Monetarium Rhenanum. — A quo tempore autem Numiſmata *Magontina*, Diplomata omnis aevi et moduli aurea et argentea colligere coepi, mox animadvertere

Digitized by Google

tere licuit, quatuor Electores Rhenanos commercia ſubditorum curantes et ſummo opere promoventes nunquam non cordi habuiſſe, ut juſta et proba in manibus eſſet moneta, commerciorum anima. Convenere igitur quam ſaepiſſime, ſerio deliberaturi, qua ratione rei numariae ſubin perditae conſultum iretur? Dies hinc probationis monetae fixos ſtatuerunt adhibitis magiſtris in hac arte peritiſſimis magnis ſubinde ſumtibus conductis. Numos longo uſu detritos et juſto pondere deſtitutos prohibuerunt, novosque ad normam conventionis initae cudi fecerunt et ne quid publica res damni pateretur, maxime invigilarunt.* Hos receſſus monetales

* Vir clariſſimus *Renerus Budelius* monetariae rei probe gnarus principes electores *Rhenique* et *Weſtphalici* circulorum Dominos carmine ſic adloquitur:

Quatuor jmperii vos interpello columnas,
  Rhenique primi circuli,
Splendida quos voluit majeſtas Caeſaris olim
  Suis adeſſe partibus;
Weſtphalici dominos placet his adjungere coetus,
  Quos foedus arctum detinet . . . . . .
Anne monetarum penes eſt vos anxia cura?
  Regale dignum praeſide.
Ibit in immenſos ni provideatis abuſus,
  Praeclara res Numaria.
Et ſibi quisque ſuo duplicem pro more valorem,
  Non ordinare deſinet.
Corrumpendo bonas et conficiendo monetas
  Adulterinas impie.
Crimine regalis majeſtas laeditur iſto,

Status

tales et pacta inter ſe conventa, aliasque chartas huc facientes quavis data et ſtudioſe quaeſita occaſione comparare ſtudui, donec tandem hoc Diplomatarium notis* non uno loco illuſtratum enaſceretur.

Ter-

Status reique publicae.
Ergo vacillantem curſum reprimatis et ultra
Exorbitantem terminos.
Hoc opus, hic labor eſt, haec ſollicitudo refertur
Viros ad ipſos principes.
Non ſecus ac gladii jus hoc regale poteſtas
Veſtris adhaeret oſſibus.
Hinc etiam imperii ſanxit ſacer ordo dietas
Probationum duplices.
Omnis in his generis, quo cuſa moneta probetur
Juſtas ſecundum regulas.
Quod niſi ſervetur ſtudio Numaria ſummo
Res prorſus iret perdita.
Proque ſuo libitu numos ſibi quisque feriret
Inordinate peſſimos.
Impunita ſolet quas iſta licentia turbas
Totum per orbem ſpargere,
Praeterlapſa notant, hodiernaque tempora dicunt,
Res eſt et haec notiſſima;
Atque peritorum collecta, regeſta virorum
Idem ferunt expreſſius. &c. &c.

* Ubi oſtendimus proportionem ponderis marcae, caratae, lothonis et grani. Reductionem numi non unius ad valorem hodiernae monetae; libras ſolidorum, denariorum &c.

Digitized by Google

Tertium Diplomatarium agit DE MONASTERIO S. NICOMEDIS IN MONTE S. JACOBI prope monumentum *Druſi* glandiforme (dem *Eichelſtein*). Hodie ſacelli et recluſorii nequidem veſtigium ſupereſt. In charta *Sifridi* Archiep. *Mag.* quae primum obtinet locum, ſolius *ſacelli S. Nicomedis*, nullius autem cluſae fit mentio. Recluſas autem antiquitus jam ſub regulari diſciplina Abbatis S. *Jacobi* fuiſſe teſtatur charta ſequens data a *Theoderico* Archipraeſule A. MCCCCLVIII. jura *Parochi ad S. Nicolaum* in has recluſas jam notavimus T. I. *Dioec. Mag.* p. 33. ſq.

Quartum Diplomatarium MISCELLUM, quo pauciores Chartas numerat, eo gravioris illae ſunt argumenti. Reſiduas Tomis ſubſequuturis reſervamus. Denique

SIGILLUM SENATUS MAGONTINI in fronte hujus libri poſitum adpendet litteris: *Gewalt des Raths und der Stadt Mayntz auf zwey Rathsfreunde geſtellt. in ihrer Klag gegen die Grauen von Virnberg am lehen gericht zu erſcheinen MCCCCXXXII.* In hoc ſigillo plane ſingulari obſervavimus, quod arcu a dextra ad ſiniſtram procurrente in duas dividatur partes. Infra *Martinus* lectulo incumbit, manu capiti ſuppoſita. Supra conſpicitur coelum ſtellatum et Chriſtus Dei filius Salvator mundi, inter duos complicatis manibus adgeniculantes angelos indutus pallio, cujus extremum ultra arcum parumper prolabitur. Salvatoris caput nimbo cruce ſignato circumdatur. Elevata dextra benedicitur *Martino*, globum terreſtrem cum cruce prominente manu ſiniſtra tenente. Arcui inſcriptum eſt: MARTINUS • AD • HUC CATECUMENUS. Infra medium arcus apparent *Magontinae civitatis inſignia*, nempe: *crux inter*

ter

ter duas rotas. In ſigilli peripheria legitur: CRISTI ⊖ MAGONTINI ⊖ POPULI ⊖ SECRETA ⊖ TUERE ⊖ PIE ⊖ TE ⊖ MARTINI ⊖ CONTECTUM ⊖ VESTE ⊖ FATERE ⊖. Sculptor poſuit Criſti, loco: Criſte. Alluditur in his figuris et inſcriptionibus ad id, quod in vita *Martini* profertur = *Martinus Sabariae* in *Pannonia* natus cum decimum attigiſſet annum invitis parentibus ad Eccleſiam confugiens in Catechumenorum numerum adſcribi voluit. Quindecim annos natus in militiam profectus, primum in *Conſtantii* deinde *Juliani* exercitu militavit, integer tamen ab illis vitiis, quibus illud hominum genus implicari ſolet, quin imo in caſtris commilitonibus ſuis in benignitate et patientia ita praeluxit, ut jam illo tempore non miles ſed religioſus audiret. Quodam tempore cum nihil praeter arma et veſtimentum, quo tegebatur, haberet, *Ambiani*, pauperi ac nudo ab eo petenti, ut Chriſti nomine ſibi eleemoſynam tribueret, partem chlamydis dedit, cui ſequenti nocte Chriſtus dimidiata illa veſte indutus adparuit, hanc emittens vocem: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veſte contexit.* Labores noſtri ut reddantur utiliores diplomatariorum Tomo ultimo adcituri ſumus indices locupletiſſimos: Topographicum, perſonalem atque realem.

Valete Amici rei Diplomaticae Cultores! *Dabam in civitate Vangionum pridie Idus Januarii* MDCCLXXXIX.

DIPLOMATARIVM I.

SIVE

CHARTÆ RESIDVÆ (1)

AD GESTA SVB

PETRO (2)

ARCHIEPISCOPO MAGVNTINO

AB AN.

MCCCV (3) — MCCCXX.

1) Quinque Decades chartarum reſiduarum ad Geſta ſub *Petro Archiep. Maguntino* protulimus *Subſid. Diplom.* T. I. *p.* 376. — 464. His nunc ſuper addimus Decades octo a num. I — LXXX.

2) *Petro Reich* de *Reichenſtein* praepoſito majori *Maguntino*, Epiſcopo *Baſileenſi* an. 1296. fatis functo ſucceſſit *Petrus* II. * *Trevir.*, *Rudolphi* Caeſaris medicus excellens in litteris et eruditione. *Stumpſius Chron. Helvet.* lib. 12. c. 27. p. 396. Is qua via adeptus ſit cathedram archiepiſcopalem *Maguntinam Browerus Annal. Trevir.* Tom. II. p. 183. ſic recitat ad an. 1305. *Gerardus Eppenſteinius Trevirenſis olim Archidiaconus et ArchiEpiſcopus poſtea Maguntinus, jam nuper diem ſuum obierat, cum Henricus Lutzenburgenſis Comes, pace belloque juvenis inclytus, conſilium capit, fratrem Balduinum, qui Lutetiae erudieba-*



I.

Cives in Ballenberg gaudeant cum civibus in Rotenburg eiſdem libertatibus. An. 1306.

Nos *Albertus* Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus ad univerſorum ſacri *Romani* Imperij fidelium notitiam volumus pervenire, quod nobilem virum *Bopponem* Comitem de *Eberſtein* a) dilectum noſtrum fidelem diſponentes favore proſequi ſpeciali *Ballemburg* loco ſuo et omnibus ibidem jus civile obtinentibus auctoritate regia omnia jura, libertates et gratias quibus cives noſtri de *Rotemburg* gaudent duximus concedendum, volentes ut cives dicti loci *Ballemburg* in antea juribus, libertatibus et gratijs civium de *Rotemburg* gaudeant et fruantur, preſencium teſtimonio litterarum, noſtri ſigilli robore ſignatarum. Datum in *Frankenfurd* II. Idus junij *12. Jun.* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexto regni vero noſtri anno octavo. b)

a) *Boppo* comes de *Eberſtein*, qui ab *Alberto Romanorum* Rege filio *Rudolphi Habsburgici* pro oppido *Ballemburg* jura, libertates & gratias, quibus cives de *Rotemburg* gaudent, ex auctoritate

 regia

regia obtinuit, An. MCCCLIX. dictum oppidum poſſeſſionibus ſedis *Maguntinæ*, ſoluto pretio MLX. florenorum aureorum fecit aeeedere; tabulæ datæ ſunt proxima Mercurii poſt *Hypapanten (nach dem Zwölften, den man nennt den Obirſten) Videatur de die* iſto praefatio. Hic ipſe *Poppo* comes de *Eberſtein* an. 1312. bona ſua in *Eſchebach*, *Sulburg*, *Wilbach*, *Maſſenheim*, *Wicker* & *Huſen Petro* Archiepiſcopo pro DCCLIV. libris *Hallenſ.* XIII. ſolidis & III. *Hallenſ.* numeratæ pecuniæ vendidit. de *Guden.* T. III. p. 74.

b) Provoearunt ad hanc chartam nuper admodum an. 1730. eives *Ballenburgenſes*, dum ſibi jus detractus, & cenſus emigrationis, cujus pluſquam trieennariam poſſeſſionem quietam pro ſe allegarant, adimebatur, jus hoc ob præſtitum *Alberto* R. R. auxilium & ſuppetias militares ſibì eonceſſum querulantes. Sed fruſtra hæc originatio. Cæterum hie ſimul obſervare licet, eommunieato oppidis archidiœceſeos jurè eivitatis, a eæſare communiter jura & privilegia liberæ cujuſdam in vicinia civitatis indulta fuiſſe, ut tamen hæc libertatio nexui territoriali ejuſmodi oppidorum minime fraudi fuerit. Ignara moris poſterior ætas, multas ſuper hoc turbas agitabat. Querebantur liberæ ejuſmodi civitates de communicatis, citra aſſenſum ſuum, ampliſſimo juribus & præeminentiis ſuls eivilibus. Ipſi neocives, heri ruſtieorum ordini ſubtracti, criſtas attollere, perfectam nomotheſiam & independentiam a Domino territ. i. e. immedietatem anhelare, liberos ſe nunc imperii cives jactare. *Ludovicus* IV. R. R. et *Carolus* IV. plurimis archidioeceſeos, quae nunc ſuperſunt, oppidis " *jura ci-*
„ *vitatis*, *libertates et gracias*, *quibus gaudent cives nri in*
„ *Franckinvorde*, „ eoneedentes, reverſales *Francofurtenſibus* litteras, de non praejudieando indulſere. Nunquam dominorum poteſtati *territoriali*, -- imo ſæpe nec *herili* ſubtraxit eurtatenſes hæc libertatio. Raro ultra ſortem propriæ defenſionis enitebant, inde: *Bürger und Bauer ſcheidet nichts, als die Mauer.* Non obſtante jure eivitatis, remanſit plurimis nexus ſervilis, ſeriuſque demum ab hoe onere munifieentia Electorali liberati eives in *Lare, (Lohr) Obernburg*, *Steinheim*, *Telkenheim*, a *Ludovico* Imp. jure civitatis donati. Certiſſimum interim eſt, per totum latæ imperium *Germ.* nullibi auram libertatis tam avide, tam arroganter et pertinaciter, quam in terris noſtris Rhenanis captatam

tam eſſe. Unde triſtes, patriæ funeſtæ, de his rebus jam ſæc. XIV. XV. contentiones. –

II.

Breve apoſtolicum contra eos, qui in Petrum Baſileenſem Epiſcopum manus violentas injecerunt, eundemque ſpoliarunt. &c. An. 1307. a)

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri . . ArchiEpiſcopo *Colonienſi* et dilectis filiis . . *fuldēn* . . ac ſanctæ *Marie ad Martires Herpiboleenſis* & *Treverenſis* Dioceſis monaſteriorum Abbatibus, ſalutem & aplicam ben. Ad Audientiam noſtram pervenit quod nobiles viri *Rudulphus* de *Werdemberg*, dictus de *Sangans* & *Wilhelmus* de *Monteforti* Comites, *Hermannus* de *Ramungen*, *Ulricus* de *Bach*, *Otto* de *Suncheyn*, & *Bertoldus* de *Lapide* milites *Ucze* de *Stoccingen*, & *Ulmerus* armigeri, & quidam alii laici eorum complices, venerabilem fratrem noſtrum *Petrum* ArchiEpiſcopum *Maguntinum*, tunc Epiſcopum *Baſilienſem* non abſque injectione manuum in eum, Dei timore poſtpoſito temere violente, auſu ſacrilego capientes, ipſum quibuſdam equis, pannis, libris, vaſis argenteis ad eum ratione perſone ſue ſpectantibus, et rebus aliis nequiter ſpoliarunt, ac nichilominus eum tam diu detinuerunt carcerali cuſtodie mancipatum, donec ab eo pro liberatione ſua quandam pecunie ſummam ac juramentum, et cautionem fidejuſſoriam ac etiam quaſdam litteras extorſerunt, quod ſuper his contra eos non deponeret querimoniam nec etiam litteras apoſtolicas impetraret, cum igitur premiſſa in partibus illis adeo ut aſſeritur ſint publica et notoria, quod nulla poſſint tergiverſatione letari, ac ſit apud Deum et homines durius aborrendum, quod in miniſtros Dei preſertim pontificali preditos

ditos dignitate, talia com̄itantur, diſcretioni veſtre per ap̄lica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos comites, milites, et armigeros complices, quod hujuſmodi juramentum relaxent, et fide juſſores predictos ab hujuſmodi fide juſſione abſolvant, monitione premiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota cogatis. eodemque juramento relaxato et dictis fidejuſſoribus abſolutis, ipſos tamdiu ſingulis diebus Dominicis, et feſtivis, pulſatis campanis et candelis accenſis, per omnia loca de quibus expedire videritis, excomunicatos publice nuntietis, et ab aliis nuntiari faciatis, et ab omnibus artius evitari, donec paſſo injuriam ſatis fecerint competenter, et cum veſtrarum teſtimonio litterarum, ad ſedem venerint apoſtolicam abſolvendi. b) eoſdem quoque Comites, milites, armigeros et complices, quod dicto ArchiEpiſcopo bona quibus eum taliter ſpoliarunt, integre reſtituant ut tenentur monitione premiſſa per cenſuram eandem previa ratione cogatis. Invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Et ut com̄odius poſſitis hujuſmodi auxilium invocare compellendi ſæculares nobiles, & alios monitione premiſſa, per cenſuram prefatam appellatione remota, ad preſtandum nobis in hac parte, prout expedire putabitis, oportunum auxilium, conſilium et favorem concedimus, vobis tenore preſentium. plenam et liberam facultatem, quod ſi non omnes hijs exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. apud *vig-*
25. Dec. *nandraldum* VIII. Kalendas januarij. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

a) Eo tempore, quo *Petrus Baſileenſi* præerat Eccleſiæ, multa undique exarſere bella, maxime cum *Albertus* ex *Auſtria* magnum duxiſſet exercitum contra *Adolphum* Regem *Romanorum* an. MCCCXCVIII. & cum *Suitenſes* contra comitem de *Habſpurg* arma ſumentes, caſtrum vallis obſidione cinxiſſent. Conventio tunc facta fuit inito fœdere perpetuo inter incolas de villa *Switz*, *Ure*

&

Digitized by Google

& *Underwalden* contra præfectos terræ &c. Conf. *J. Müller, Geſch. der Schweitz. Eidgenoſſenſch. Th.* I. *Kap.* XVIII. -- Has inter turbas facile potuit evenire *Petri* ſpoliatio ejuſdemque captivitas. vid. *Trithemius* ad hos annos. &c.

b) *De peregrinationibus ad limina apoſtolica* hoc fine juſſis, & abſolutis, nuper ex Diplomatt. egit: *Bodmannus, Abh. v. der Bedefahrt nach Rom, einer teutſchen Gerichtsſtrafe des mittlern Zeitalters;* (inſerta *J. C. Siebenkeeſs, Beytr. z. teutſch. Privatr. Th.* III.)

III.

Fructus primi anni omnium beneficiorum per tres annos Petro Archiep. Mag. conceduntur ad delenda debita. An. 1307. a)

Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri . . Archiepiſcopo *Colonienſi* & dilectis filijs . . Prepoſito in *Nuhuſen* extra muros *Wormacienſ.* & *R.* Archidiacono de *Toleygia Trevirenſ.* eccleſiarum, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Circa quarumlibet eccleſiarum neceſſitates ſolicite vigilantes in eo eis libenter aſſiſtimus ne ſub oppreſſionis onere non adjute ſuccumbant ſed ut a ſuis oppreſſionibus apoſtolico ſuffulte ſuffragio releventur. Volentes itaque eccleſiam *Maguntin.* cui Venerabilis frater noſter *Petrus* Archiepiſcopus *Magunt.* preeſſe dinoſcitur a debitorum ſarcina b) quibus ut idem archiepiſcopus aſſerit eſt gravata paterna ſolicitudine relevare ne quod abſit ipſius ſubſtantia uſurarum voragine conſumatur ipſius archiepiſcopi ſupplicationibus inclinati auctoritate ſibi litterarum noſtrarum conceſſimus ut fructus redditus & proventus primi anni omnium eccleſiarum parrochialium & ruralium, & beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura que uſque ad triennium in ſuis civitate & dioceſi vacare contingeret ad quorumcumque collationem

vel preſentacionem aut aliam quamvis diſpoſitionem ſpectaverint libere percipere poſſit in ſolutionem debitorum hujuſmodi convertendos. Ita tamen quod per hoc illis qui beneficia eccleſiaſtica in eiſdem civitate et dioceſ. auctoritare litterarum apoſtolicarum expectant, quo ad aſſecutionem beneficiorum ipſorum prejudicium nullum fiat. Non obſtantibus quibuſlibet contrariis conſuetudinibus vel ſtatutis juramento confirmatione apoſtolica vel quacumque alia firmitate vallatis etiam ſi alicui eccleſie aut cujus ſingulari perſone ex ſtatutis & conſuetudinibus hujuſmodi aut ex privilegio ſedis apoſtolice fructus redditus & proventus debeantur, & conſtitutione felicis recordationis *Bonifacii* Pape VIII. predeceſſoris noſtri ſeu qualibet alia ſuper hoc in contrarium edita quibus eccleſiis & perſonis per hoc nullum prejudicium generetur quin elapſo hujuſmodi primo anno libere illos percipere valeat & habere, aut ſi eſt aliquibus ab eadem ſede indultum, quod de fructibus eccleſiarum & beneficiorum ſuorum nulli valeat provideri per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem & qualibet alia ipſius ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat per quam noſtris literis non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cujuſque toto tenore debeat in dictis noſtris literis fieri mentio ſpecialis. Proviſo attencius ut eccleſie ac beneficia hujuſmodi interim debitis non fraudentur obſequiis & animarum cura in eis quibus illa iminеret nullatenus negligatur quodque prefati fructus redditus & proventus in alios uſus quam in ſolutione debitorum hujuſmodi nullatenus convertantur. Quo circa diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus veſtrum per nos vel alium ſeu alios auctoritate noſtra eidem Archiepiſcopo fructus redditus proventus juxta hujuſmodi conceſſionis noſtre tenorem faciatis integre miniſtrari.

ſtrari. Non obſtantibus omnibus ſupradictis aut ſi aliquibus communiter vel diviſim a prefata ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum apud *Vignandraldum* viiij Kal. Januarij Pontificatus noſtri anno ſecundo. *25. Dec.*

a) *Clemens* V. PP. etiam in Anglia exegerat Annatas ſive primos anni primi fructus; id teſtatur *Mathæus Weſtmonaſterienſis* & *Thomas* de *Walſingham* in *Hypo digmatibus Neuſtriæ* ad an. 1305. hic de *Clemente* V. notat = *Dominus Papa attendens, quod charitas incipit a ſe ipſa, primo fructus ſibi per totam Angliam reſervavit inductus per avaritiam Epiſcoporum Regni Angliæ poſtulantium primas vocationes per annum in ſuis diœceſibus ſibi concedi; nempe ſummus Pontifex advertens, quia, quod petit inferior, poſtulare poteſt et ſuperior, appropriavit ſibi ipſi omnes proventus de primo anno vacantibus Eccleſiis per tatam Angliam, videlicet de primo anno primos fructus de Epiſcopatibus, Abbatiis, Prioratibus & præbendis, perſonatibus, Vicariis, quam de coeteris minutis beneficiis.* = Sic pedetentim enatæ fuerunt Annatæ. *Clementis* ſucceſſor *Jannes* XXII. ad ſubveniendum Eccleſiæ *Romanæ* neceſſitatibus per univerſam Eccleſiam fructus primi anni beneficiorum omnium intra triennium vacaturorum ſibi reſervavit.

b) Sed unde hæc debitorum ſarcina? — Turbulentiſſimum rei publ. ſtatum, cathedram aſcendeudo, expertus eſt Petrus, diſcordiam Civium *Magunt.* rixas et diſſidia inter comprovinciales Dynaſtas, Comites et nobb. ſibi, et eccleſiæ ſuæ graves præ oculis videns. Jam equidem pro tollendo, quantum fieri poſſet, hoc onere, habito miniſterialium ſuorum conſilio, inter Archiepiſcopum & Capitulum de collectis & ſubventionibus ſæpius actum, ſed reluctantibus ſemper, quos in partes vocaverat, Civibus *Magunt.* libertatis ſuæ præjudicium graviter metuentibus. Orat, obſecrat, obteſtatur, paupertatem, lacinias, miſeriam gravi oratione exponit, miſericordiam flagitat. Fruſtra hæc omnia. Arrepto demum conſilio, (cujus exemplo ſibi fuerant in vicinia Epiſcopi jam plures,) adjutus interceſſione Capituli Metrop. a Pontifice, multis ſibi nominibus obſtricto, gratiam, cujus hæc charta index, per oratorem flagitat, lubenterque obtinet.

IV.

Petrus Archiep. Mag. Decano & Capitulo Metrop. dat licentiam alienandi bona, quædam eccleſiæ ad neceſſitates ſublevandas. An. 1307.

P. *Dei gratia ſancte Magunt. ſedis Archiepiſcopus ſacri imperii per Germaniam Archicancellarius.* dilectis in *Chriſto* & devotis ſuis Decano & Capitulo eccleſiæ *Mog.* ſincere dilectionis affectum; devote circumſpectioni veſtre ut vos propter urgentes eccleſie noſtre neceſſitates ſublevandas & evidentes utilitates procurandas 1) bona ſeu poſſeſſiones eccleſie noſtre *Magunt.* ad quantitatem, Mille librarum *hallenſ.* alienare poſſitis meliora & utiliora proſpicientes preſentibus indulgemus deliberatione matura tam apud nos, quam apud vos diu habita ſuper eo 2). Datum *Franckenſurd.* anno Domini Millmo CCC. ſeptimo. pridie idus
12. Junii. junii.

1) Card. *de Luca* diſcuſ. 1. *de alienatione* n. 8. ait: *Firmum ac certum in foro principium eſt, in ejuſmodi alienatione duo copulative requiri, neque unum ſine altero ſufficere; cauſam ſcilicet neceſſitatis vel evidentis utilitatis & ſolemnitatem &c.* idem diſcurſ. 13. n. 3. *Hodie per diſpoſitionem Extrav. Ambitioſæ de rebus Eccl. non alien. præcipue neceſſarius eſt concurſus copulativus duorum requiſitorum . . .*

2) Idem Card. docet, quod ad validitatem alienationis copulative requirantur cauſa & ſolemnitas inductæ per conſtitutionem *Leonis* M. & repetitae in Can. *ſine except.* cauſ. 12. q. 2. Prima igitur ſolemnitas eſt tractatus Cleri ſive ut hodie loquimur, Capituli, qui verſatur in diligenti diſcuſſione & matura indagatione actus alienationis faciendæ cum omnibus circumſtantiis rite penſatis. &c.

V.

Digitized by Google

V.

Datum per copiam ſub ſigillo honorabilis viri Hugonis proviſoris Allodii Reverendi Patris ac D^ni D^ni Petri ArchiEpiſcopi Maguntini. An. 1308. (a)

Ego *Bertholdus* miles Dominus in *Eckſtede* publice recognoſco per preſentes, quod de bona voluntate & conſenſu omnium heredum & coheredum meorum dilecto ſororio meo *Henrico* de *Biltirsleben* civi *Erfordenſi* & omnibus ſuis heredibus vendendi juſto & perfecto venditionis titulo viginti & duos manſos cum omnibus curijs attinentibus, ſitis in villis & in campis villarum *Wicherde* & *Raſdorff* ſolventes ſingulis annis octo talenta minus ſex denar. novorum *Erfordenſis* monete ad feſtum beate *Walpurgis* unam partem cenſus, reſiduam vero partem cenſus ad feſtum beati *Martini*, tres aucas & novem pullos annuatim cum omnibus ſuis attinentijs, uſu fructu, obventionibus & obſequijs manſum earumdem, me ſeu meos predeceſſores habitis ex antiquo pro octuaginta & quinque talentis denar. *Erford.* mihi & meis heredibus integraliter & utiliter jam perſolutis (b). Quæ quidem bona predicta habentur & haberi debent jure feudali a Domino ArchiEpiſcopo *Mogunt.* his tamen conditionibus adjectis, videlicet, quod Ego data fide promiſi pro me & omnibus heredibus meis fideliter & promitto omni vi & diligentia ordinare quod dictus D^nus ArchiEpiſcopus *Mogunt.* eidem *Henrico* & ſuis heredibus predicta bona conferat ab ipſo jure feudali pacifice perpetuo poſſidenda. ſed ſi hec non poſſem facere ullo modo ſeu perficere non valerem, ad quod tamen omnem diligentiam, quam valeo, promiſi & promitto me preſentibus fideliter adhibere, Ex tunc cum conſenſu & ratificatione jam dicti D^ni ArchiEpiſcopi *Mogunt.*

ter duas rotas. In ſigilli peripheria legitur: CRISTI ⊖ MAGONTINI ⊖ POPULI ⊖ SECRETA ⊖ TUERE ⊖ PIE ⊖ TE ⊖ MARTINI ⊖ CONTECTUM ⊖ VESTE ⊖ FATERE ⊖. Sculptor poſuit Criſti, loco: Criſte. Adluditur in his figuris et inſcriptionibus ad id, quod in vita *Martini* profertur = *Martinus Sabariae* in *Pannonia* natus cum decimum attigiſſet annum invitis parentibus ad Eccleſiam confugiens in Catechumenorum numerum adſcribi voluit. Quindecim annos natus in militiam profectus, primum in *Conſtantii* deinde *Juliani* exercitu militavit, integer tamen ab illis vitiis, quibus illud hominum genus implicari ſolet, quin imo in caſtris commilitonibus ſuis in benignitate et patientia ita praeluxit, ut jam illo tempore non miles ſed religioſus audiret. Quodam tempore cum nihil praeter arma et veſtimentum, quo tegebatur, haberet, *Ambiani*, pauperi ac nudo ab eo petenti, ut Chriſti nomine ſibi eleemoſynam tribueret, partem chlamydis dedit, cui ſequenti nocte Chriſtus dimidiata illa veſte indutus adparuit, hanc emittens vocem: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veſte contexit.* Labores noſtri ut reddantur utiliores diplomatariorum Tomo ultimo adcituri ſumus indices locupletiſſimos: Topographicum, perſonalem atque realem.

Valete Amici rei Diplomaticae Cultores! *Dabam in civitate Vangionum pridie Idus Januarii* MDCCLXXXIX.

DIPLOMATARIVM I.

SIVE

CHARTÆ RESIDVÆ (1)

AD GESTA SVB

PETRO (2)

ARCHIEPISCOPO MAGVNTINO

AB AN.

MCCCV (3) — MCCCXX.

1) Quinque Decades chartarum reſiduarum ad Geſta ſub *Petro Archiep. Maguntino* protulimus *Subſid. Diplom.* T. I. p. 376. — 464. His nunc ſuper addimus Decades octo a num. I — LXXX.

2) *Petro Reich* de *Reichenſtein* praepoſito majori *Maguntino*, Epiſcopo *Baſileenſi* an. 1296. fatis functo ſucceſſit *Petrus* II. * *Trevir.*, *Rudolphi* Caeſaris medicus excellens in litteris et eruditione. *Stumpfius Chron. Helvet.* lib. 12. c. 27. p. 396. Is qua via adeptus ſit cathedram archiepiſcopalem *Maguntinam Browerus Annal. Trevir.* Tom. II. p. 183. ſic recitat ad an. 1305. *Gerardus Eppenſteinius Trevirenſis olim Archidiaconus et ArchiEpiſcopus poſtea Maguntinus, jam nuper diem ſuum obierat, cum Henricus Lutzenburgenſis Comes, pace belloque juvenis inclytus, conſilium capit, fratrem Balduinum, qui Lutetiae eru-*

 dieba-



I.

Cives in Ballenberg gaudeant cum civibus in Rotenburg eiſdem libertatibus. An. 1306.

Nos *Albertus* Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus ad univerſorum ſacri *Romani* Imperij fidelium notitiam volumus pervenire, quod nobilem virum *Bopponem* Comitem de *Eberſtein* a) dilectum noſtrum fidelem diſponentes favore proſequi ſpeciali *Ballemburg* loco ſuo et omnibus ibidem jus civile obtinentibus auctoritate regia omnia jura, libertates et gratias quibus cives noſtri de *Rotemburg* gaudent duximus concedendum, volentes ut cives dicti loci *Ballemburg* in antea juribus, libertatibus et gratijs civium de *Rotemburg* gaudeant et fruantur, preſencium teſtimonio litterarum, noſtri ſigilli robore ſignatarum. Datum in *Frankenfurd* II. Idus junij *12. Jun.*
Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexto regni vero noſtri anno octavo. b)

a) *Boppo* comes de *Eberſtein*, qui ab *Alberto Romanorum* Rege filio *Rudolphi Habsburgici* pro oppido *Ballemburg* jura, libertates & gratias, quibus cives de *Rotemburg* gaudent, ex auctoritate

 regia

Digitized by Google

regia obtinuit, An. MCCCLIX. dictum oppidum poſſeſſionibus ſedis *Maguntinæ*, ſoluto pretio MLX. florenorum aureorum fecit accedere; tabulæ datæ ſunt proxima Mercurii poſt *Hypapanten (nach dem Zwölften, den man nennt den Obirſten) Videatur de die* iſto praefatio. Hic ipſe *Poppo* comes de *Eberſtein* an. 1312. bona ſua in *Eſchebach*, *Sulburg*, *Wilbach*, *Maſſenheim*, *Wicker* & *Huſen Petro* Archiepiſcopo pro DCCLIV. libris *Hallenſ.* XIII. ſolidis & III. *Hallenſ.* numeratæ pecuniæ vendidit. de *Guden.* T. III. p. 74.

b) Provocarunt ad hanc chartam nuper admodum an. 1730. cives *Ballenburgenſes*, dum ſibi jus detractus, & cenſus emigrationis, cujus pluſquam tricennariam poſſeſſionem quietam pro ſe allegarant, adimebatur, jus hoc ob præſtitum *Alberto* R. R. auxilium & ſuppetias militares ſibi conceſſum querulantes. Sed fruſtra hæc originatio. Cæterum hic ſimul obſervare licet, communicato oppidis archidiœceſeos jurè civitatis, a cæſare communiter jura & privilegia liberæ cujuſdam in vicinia civitatis indulta fuiſſe, ut tamen hæc libertatio nexui territoriali ejuſmodi oppidorum minime fraudi fuerit. Ignara moris poſterior ætas, multas ſuper hoc turbas agitabat. Querebantur liberæ ejuſmodi civitates de communicatis, citra aſſenſum ſuum, ampliſſimo juribus & præeminentiis ſuis civilibus. Ipſi neocives, heri ruſticorum ordini ſubtracti, criſtas attollere, perfectam nomotheſiam & independentiam a Domino territ. i. e. immedietatem anhelare, liberos ſe nunc imperii cives jactare. *Ludovicus* IV. R. R. et *Carolus* IV. plurimis archidioeceſeos, quae nunc ſuperſunt, oppidis „ *jura civitatis*, *libertates et gracias*, *quibus gaudent cives nri in* „ *Franckinvorde*, „ concedentes, reverſales *Francofurtenſibus* litteras, de non praejudicando indulſere. Nunquam dominorum poteſtati *territoriali*, -- imo ſæpe nec *herili* ſubtraxit curtatenſes hæc libertatio. Raro ultra ſortem propriæ defenſionis enitebant, inde: *Bürger und Bauer ſcheidet nichts, als die Mauer.* Non obſtante jure civitatis, remanſit plurimis nexus ſervilis, ſeriuſque demum ab hoc onere munificentia Electorali liberati cives in *Lare*, *(Lohr) Obernburg*, *Steinheim*, *Telkenheim*, a *Ludovico* Imp. jure civitatis donati. Certiſſimum interim eſt, per totum latæ imperium *Germ.* nullibi auram libertatis tam avide, tam arroganter et pertinaciter, quam in terris noſtris Rhenanis captatam

Digitized by Google

tam eſſe. Unde triſtes, patriæ funeſtæ, de his rebus jam ſæc. XIV. XV. contentiones. –

II.

Breve apoſtolicum contra eos, qui in Petrum Baſileenſem Epiſcopum manus violentas injecerunt, eundemque ſpoliarunt. &c. An. 1307. a)

C*lemens* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri . . ArchiEpiſcopo *Colonienſi* et dilectis filiis . . *fuldēn* . . ac ſanctæ *Marie ad Martires Herpiboleenſis* & *Treverenſis* Diocefis monaſteriorum Abbatibus, ſalutem & aplicam ben. Ad Audientiam noſtram pervenit quod nobiles viri *Rudulphus* de *Werdemberg*, dictus de *Sangans* & *Wilhelmus* de *Monteforti* Comites, *Hermannus* de *Ramungen*, *Ulricus* de *Bach*, *Otto* de *Suncheyn*, & *Bertoldus* de *Lapide* milites *Ucze* de *Stoccingen*, & *Ulmerus* armigeri, & quidam alii laici eorum complices, venerabilem fratrem noſtrum *Petrum* ArchiEpiſcopum *Maguntinum*, tunc Epiſcopum *Baſilienſem* non abſque injectione manuum in eum, Dei timore poſtpoſito temere violente, auſu ſacrilego capientes, ipſum quibuſdam equis, pannis, libris, vaſis argenteis ad eum ratione perſone ſue ſpectantibus, et rebus aliis nequiter ſpoliarunt, ac nichilominus eum tam diu detinuerunt carcerali cuſtodie mancipatum, donec ab eo pro liberatione ſua quandam pecunie ſummam ac juramentum, et cautionem fidejuſſoriam ac etiam quaſdam litteras extorſerunt, quod ſuper his contra eos non deponeret querimoniam nec etiam litteras apoſtolicas impetraret, cum igitur premiſſa in partibus illis adeo ut aſſeritur ſint publica et notoria, quod nulla poſſint tergiverſatione letari, ac ſit apud Deum et homines durius aborrendum, quod in miniſtros Dei preſertim pontificali pre-

 ditos

ditos dignitate, talia comitantur, diſcretioni veſtre per ap̄lica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos comites, milites, et armigeros complices, quod hujuſmodi juramentum relaxent, et fide juſſores predictos ab hujuſmodi fide juſſione abſolvant, monitione premiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota cogatis. eodemque juramento relaxato et dictis fidejuſſoribus abſolutis, ipſos tamdiu ſingulis diebus Dominicis, et feſtivis, pulſatis campanis et candelis accenſis, per omnia loca de quibus expedire videritis, excomunicatos publice nuncietis, et ab aliis nuntiari faciatis, et ab omnibus artius evitari, donec paſſo injuriam ſatis fecerint competenter, et cum veſtrarum teſtimonio litterarum, ad ſedem venerint apoſtolicam abſolvendi. b) eoſdem quoque Comites, milites, armigeros et complices, quod dicto ArchiEpiſcopo bona quibus eum taliter ſpoliarunt, integre reſtituant ut tenentur monitione premiſſa per cenſuram eandem previa ratione cogatis. Invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Et ut com̄odius poſſitis hujuſmodi auxilium invocare compellendi ſæculares nobiles, & alios monitione premiſſa, per cenſuram prefatam appellatione remota, ad preſtandum nobis in hac parte, prout expedire putabitis, oportunum auxilium, conſilium et favorem concedimus vobis tenore preſentium. plenam et liberam facultatem, quod ſi non omnes hijs exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. apud *vig-*
25. Dec. *nandraidum* VIII. Kalendas januarij. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

a) Eo tempore, quo *Petrus Baſileenſi* præerat Eccleſiæ, multa undique exarſere bella, maxime cum *Albertus* ex *Auſtria* magnum duxiſſet exercitum contra *Adolphum* Regem *Romanorum* an. MCCCXCVIII. & cum *Suitenſes* contra comitem de *Habſpurg* arma ſumentes, caſtrum vallis obſidione cinxiſſent. Conventio tunc facta fuit inito fœdere perpetuo inter incolas de villa *Switz*, *Ure-*

&

& *Underwalden* contra præfectos terræ &c. Conf. *J. Müller, Geſch. der Schweitz. Eidgenoſſenſch. Th.* I. *Kap.* XVIII. -- Has inter turbas facile potuit evenire *Petri* ſpoliatio ejuſdemque captivitas. vid. *Trithemius* ad hos annos. &c.

b) *De peregrinationibus ad limina apoſtolica* hoc fine juſſis, & abſolutis, nuper ex Diplomatt. egit: *Bodmannus, Abh. v. der Bedefahrt nach Rom, einer teutſchen Gerichtsſtrafe des mittlern Zeitalters;* (inſerta *J. C. Siebenkeeſs, Beytr. z. teutſch. Privatr. Th.* III.)

III.

Fructus primi anni omnium beneficiorum per tres annos Petro Archiep. Mag. conceduntur ad delenda debita. An. 1307. a)

Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri . . Archiepiſcopo *Colonienſi* & dilectis filijs . . Prepoſito in *Nuhuſen* extra muros *Wormacienſ.* & *R.* Archidiacono de *Toleygia Trevirenſ.* eccleſiarum, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Circa quarumlibet eccleſiarum neceſſitates ſolicite vigilantes in eo eis libenter aſſiſtimus ne ſub oppreſſionis onere non adjute ſuccumbant ſed ut a ſuis oppreſſionibus apoſtolico ſuffulte ſuffragio releventur. Volentes itaque eccleſiam *Maguntin.* cui Venerabilis frater noſter *Petrus* Archiepiſcopus *Magunt.* preeſſe dinoſcitur a debitorum ſarcina b) quibus ut idem archiepiſcopus aſſerit eſt gravata paterna ſolicitudine relevare ne quod abſit ipſius ſubſtantia uſurarum voragine conſumatur ipſius archiepiſcopi ſupplicationibus inclinati auctoritate ſibi litterarum noſtrarum conceſſimus ut fructus redditus & proventus primi anni omnium eccleſiarum parrochialium & ruralium, & beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura que uſque ad triennium in ſuis civitate & dioceſi vacare contingeret ad quorumcumque collationem

vel

vel preſentacionem aut aliam quamvis diſpoſitionem ſpectaverint libere percipere poſſit in ſolutionem debitorum hujuſmodi convertendos. Ita tamen quod per hoc illis qui beneficia eccleſiaſtica in eiſdem civitate et dioceſ. auctoritare litterarum apoſtolicarum expectant, quo ad aſſecutionem beneficiorum ipſorum prejudicium nullum fiat. Non obſtantibus quibuslibet contrariis conſuetudinibus vel ſtatutis juramento confirmatione apoſtolica vel quacumque alia firmitate vallatis etiam ſi alicui eccleſie aut cujus ſingulari perſone ex ſtatutis & conſuetudinibus hujuſmodi aut ex privilegio ſedis apoſtolice fructus redditus & proventus debeantur, & conſtitutione felicis recordationis *Bonifacii* Pape VIII. predeceſſoris noſtri ſeu qualibet alia ſuper hoc in contrarium edita quibus eccleſiis & perſonis per hoc nullum prejudicium generetur quin elapſo hujuſmodi primo anno libere illos percipere valeat & habere, aut ſi eſt aliquibus ab eadem ſede indultum, quod de fructibus eccleſiarum & beneficiorum ſuorum nulli valeat provideri per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem & qualibet alia ipſius ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat per quam noſtris literis non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cujuſque toto tenore debeat in dictis noſtris literis fieri mentio ſpecialis. Proviſo attencius ut eccleſie ac beneficia hujuſmodi interim debitis non fraudentur obſequiis & animarum cura in eis quibus illa imineret nullatenus negligatur quodque prefati fructus redditus & proventus in alios uſus quam in ſolutione debitorum hujuſmodi nullatenus convertantur. Quo circa diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus veſtrum per nos vel alium ſeu alios auctoritate noſtra eidem Archiepiſcopo fructus redditus proventus juxta hujuſmodi conceſſionis noſtre tenorem faciatis integre miniſtrari.

Digitized by Google

ſtrari. Non obſtantibus omnibus ſupradictis aut ſi aliquibus communiter vel diviſim a prefata ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum apud *Vignandraldum* viiij Kal. Januarij Pontificatus noſtri anno ſecundo. 25. Dec.

a) *Clemens* V. PP. etiam in Anglia exegerat Annatas ſive primos anni primi fructus; id teſtatur *Mathæus Weſtmonaſterienſis* & *Thomas* de *Walſingham* in *Hypo digmatibus Neuſtriæ* ad an. 1305. hic de *Clemente* V. notat = *Dominus Papa attendens, quod charitas incipit a ſe ipſa, primo fructus ſibi per totam Angliam reſervavit inductus per avaritiam Epiſcoporum Regni Angliæ poſtulantium primas vocationes per annum in ſuis diœceſibus ſibi concedi; nempe ſummus Pontifex advertens, quia, quod petit inferior, poſtulare poteſt et ſuperior, appropriavit ſibi ipſi omnes proventus de primo anno vacantibus Eccleſiis per tatam Angliam, videlicet de primo anno primos fructus de Epiſcopatibus, Abbatiis, Prioratibus & præbendis, perſonatibus, Vicariis, quam de coeteris minutis beneficiis.* = Sic pedetentim enatæ fuerunt Annatæ. *Clementis* ſucceſſor *Jannes* XXII. ad ſubveniendum Eccleſiæ *Romanæ* neceſſitatibus per univerſam Eccleſiam fructus primi anni beneficiorum omnium intra triennium vacaturorum ſibi reſervavit.

b) Sed unde hæc debitorum ſarcina? — Turbulentiſſimum rei publ. ſtatum, cathedram aſcendendo, expertus eſt Petrus, diſcordiam Civium *Magunt.* rixas et diſſidia inter comprovinciales Dynaſtas, Comites et nobb. ſibi, et eccleſiæ ſuæ graves præ oculis videns. Jam equidem pro tollendo, quantum fieri poſſet, hoc onere, habito miniſterialium ſuorum conſilio, inter Archiepiſcopum & Capitulum de collectis & ſubventionibus ſæpius actum, ſed reluctantibus ſemper, quos in partes vocaverat, Civibus *Magunt.* libertatis ſuæ præjudicium graviter metuentibus. Orat, obſecrat, obteſtatur, paupertatem, lacinias, miſeriam gravi oratione exponit, miſericordiam flagitat. Fruſtra hæc omnia. Arrepto demum conſilio, (cujus exemplo ſibi fuerant in vicinia Epiſcopi jam plures,) adjutus interceſſione Capituli Metrop. a Pontifice, multis ſibi nominibus obſtricto, gratiam, cujus hæc charta index, per oratorem flagitat, lubenterque obtinet.

B IV.

V.

Datum per copiam ſub ſigillo honorabilis viri Hugonis proviſoris Allodii Reverendi Patris ac D^ni D^ni Petri ArchiEpiſcopi Maguntini. An. 1308. (a)

Ego *Bertholdus* miles Dominus in *Eckſlede* publice recognoſco per preſentes, quod de bona voluntate & conſenſu omnium heredum & coheredum meorum dilecto ſororio meo *Henrico* de *Biltirsleben* civi *Erfordenſi* & omnibus ſuis heredibus vendendi juſto & perfecto venditionis titulo viginti & duos manſos cum omnibus curijs attinentibus, ſitis in villis & in campis villarum *Wicherde* & *Raſdorff* ſolventes ſingulis annis octo talenta minus ſex denar. novorum *Erfordenſis* monete ad feſtum beate *Walpurgis* unam partem cenſus, reſiduam vero partem cenſus ad feſtum beati *Martini*, tres aucas & novem pullos annuatim cum omnibus ſuis attinentijs, uſu fructu, obventionibus & obſequijs manſum earumdem, me ſeu meos predeceſſores habitis ex antiquo pro octuaginta & quinque talentis denar. *Erford.* mihi & meis heredibus integraliter & utiliter jam perſolutis (b). Quæ quidem bona predicta habentur & haberi debent jure feudali a Domino ArchiEpiſcopo *Mogunt.* his tamen conditionibus adjectis, videlicet, quod Ego data fide promiſi pro me & omnibus heredibus meis fideliter & promitto omni vi & diligentia ordinare quod dictus D^nus ArchiEpiſcopus *Mogunt.* eidem *Henrico* & ſuis heredibus predicta bona conferat ab ipſo jure feudali pacifice perpetuo poſſidenda. ſed ſi hec non poſſem facere ullo modo ſeu perficere non valerem, ad quod tamen omnem diligentiam, quam valeo, promiſi & promitto me preſentibus fideliter adhibere, Ex tunc cum conſenſu & ratificatione jam dicti D^ni ArchiEpiſcopi *Mogunt.* ea-

jus rei ſunt *Henricus* de *Molehuſen*, *Fridericus* de *Matſtete*, *Wernerus* de *Meldingen* civis *Erford.* & alij quam plures fide digni. Actum & datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octavo in craſtino beate *Walpurgis* virginis. 1. Maij.

a) *Hugo* iſte ſignanter occurrit in charta an. 1318. quando expiatum fuit a milite de *Salza* & ſociis nefas ob comprehenſum *Halberſtadenſem* Epiſcopum *Albertum*. Inter teſtes ibi legitur: *Hugo proviſor Allodii Erfordenſis.* vid. de *Gud.* T. III. p. 159.

b) Notandum dictos 22. Manſos pertinuiſſe ad allodium Archiepiſcopi *Erfordenſe*, menſæ Archiepiſcopali deſtinatum, quod ex more ejus ævi, jure partim clientelari, partim hæreditario ſimplici, vaſallis et colonis *Freyzinſer*, ejus regionis obtigit; ex prima poſſidendi ratione obtigerat numerus hic manſorum ceu prædia avita feudalis, genti ab *Eckſtedt*, in faſtis *Erfordienſ.* celebratæ, Vicedominatus munere inſigni. Conſenſum de rata habenda hac alienatione, a Domino feudi, Eccleſia *Magunt.* ſe procuraturum, ordinandamque de his bonis inveſtituram promittit venditor; ni efficere queat, ſalvo jure feodali *Eckſtedienſium*, ſe dictos manſos emtori jure hereditario *(Erbzinnſgut)* conferre velle ſe obligat, canone in hunc caſum minimi pretii (2 denar. *Erford.*) ſibi reſervato. Vides, pro conſervando jure clientelari Eccleſiæ *Maguntinæ*, electam juris hæreditarii ſimplicis viam, quod tum temporis uſitatum admodum, cum emphyteuta alienæ duntaxat poſſeſſionis miniſter haberetur, interim tamen, ut teſtatius fieret, totum hunc Emphyteuſeos contractum, pro conſervando jure Eccleſiæ *Mag.* initum, revera ex intentione paciſcentium abſolutam & firmam eſſe debere venditionem, ſpondet venditor, ſe dicta bona in caſu alienationis ulterioris, cum conſenſu Archiepiſcopi, ab Emtore forſan ſuſcipiendæ, novo huic emtori ſine mora collaturum, & reſignaturum. &c. Ex quo contorta, & callida ordinandi de bonis, quarum liberæ adminiſtrationi nexus adſtrictus clientelaris dure obſtitit, ratio, ex ævi illius moribus luculenter diſpicitur.

VI.

Monaſterio Syon (a) *confertur jus patronatus in Mauchenheim cum reditibus illius Eccleſiae ſalva Vicarii congrua. An.* 1310.

Magiſter *Gotfridus judex ſedis moguntinæ* executor ad infra ſcripta a Reverendo in *Chriſto* patre ac domino domino *P.* archiepiſcopo *Moguntinenſi* ſpecialiter deputatus omnibus quibus noſſe fuerit oportunum ſalutem & notitiam ſubſcriptorum. Cum ex parte religioſarum dominarum abbatiſſe & conventus Monaſterii ſanctimonialium in *Syon* ordinis *Cyſtercienſis moguntinenſis* dyoceſis archiepiſcopo predicto & nobis vice ipſius expoſitum fuerit, quod, cum ipſis indultum exiſtat a ſede apoſtolica, ut fructus unius eccleſie cujus jus patronatus ipſis conferretur, poſſent in uſus ſuos retinere, congrua tamen portione vicario in eadem eccleſia reſervata, ac nobiles viri Domini *Cunradus* comes *Irſutus* uxor ſua legitima ac *Heinricus* privignus ejuſdem Domini *Cunradi* contulerint ipſis abbatiſſe & conventui jus patronatus Eccleſie parrochialis in *Mouchenheim* vacantis per Laycatum *Heinrici* predicti ſpectans ad eoſdem, & nobis humiliter ſupplicaverint, ut ipſas dicto privilegio gaudere & perſrui libere ſineremus concedendo eis liberam poteſtatem prout ad nos auctoritate nobis a predicto Domino archiepiſcopo *Moguntinenſi* conceſſa pertinet intrandi poſſeſſionem jurium, fructuum & obventionum Eccleſie ſupradicte preſentato nobis nihilominus per eas ad dictam eccleſiam honeſto viro *Conrado* ſacerdote de *Rockenhuſen* pro vicario, cui ſimiliter petiverint a nobis taxari prebendam juxta tenorem indulti ſedis apoſtolice predicti Noſque conſiderantes quod omnes quos res tangit ad hujuſmodi deberent conſumationem negotii evocari

ri mandamus plebano in *Offenheim* ut omnes ac ſingulos quorum intereſſet citaret publice in Eccleſia *Mouchenheim* predicta viſuros, & audituros feria ſecunda proxima poſt diem beati *Michahelis* proceſſum noſtrum quem intenderemus facere ſuper premiſſis & jus ſuum, ſi alicui ipſorum competere dinoſceretur ſuper dicta eccleſia rationabiliter defenſuros vocatis nihilominus tribus ſacerdotibus Eccleſiarum vicinis, qui nobis cooperari valerent in taxatione prebende (b) in dicta Eccleſia vicario deputande, dictoque termino comparente procuratore honorabilium virorum Decani & Capituli eccleſie *Moguntinenſis* dicente ſua nomine predictorum dominorum ſuorum intereſſe quo ad Eccleſiam ſupradictam prorogatoque negotio hujuſmodi cum dicto procuratore per diverſos terminos & tandem conſenſu habito ex parte Decani & Capituli predictorum ut ad conſummationem predicti negotii procederemus prout in litteris eorundem Dominorum Decani & Capituli vidimus contineri. Nos igitur viſis Litteris ſedis apoſtolice & collatione ſeu donatione facta a predictis patronis Eccleſie premiſſe habita eciam collatione cum predictis tribus ſacerdotibus ad hoc ut predicitur vocatis, ſuper taxatione perpetue vicarie & congrua portione perpetuo vicario ipſius eccleſie de redditibus ejuſdem pro ſuſtentatione ſua, & conſuetis oneribus ſupportandis deputande ac aliis in hujuſmodi negotio debite obſervatis auctoritate qua fungimur in hac parte, damus preſentibus & concedimus . . abbatiſſe & conventui predictis plenam & liberam facultatem intrandi poſſeſſiones ſeu quaſi jurium obventionum & reddituum Eccleſie ſupradicte taxata & ordinata per nos predicto *Cunrado* nobis ad eandem eccleſiam ab abbatiſſa & conventu predicti Monaſterii pro vicario perpetuo preſentato & ſuis ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint pro prebenda & congrua portione pro ſuſtentatione ſua conſuetis oneribus ſupportandis dote ipſius

ſius

regia obtinuit, An. MCCCLIX. dictum oppidum poſſeſſionibus ſedis *Maguntinæ*, ſoluto pretio MLX. florenorum aureorum fecit accedere; tabulæ datæ ſunt proxima Mercurii poſt *Hypapanten (nach dem Zwölften, den man nennt den Obirſten)* *Videatur de die* iſto praefatio. Hic ipſe *Poppo* comes de *Eberſtein* an. 1312. bona ſua in *Eſchebach*, *Sulburg*, *Wilbach*, *Maſſenheim*, *Wicker* & *Huſen* *Petro* Archiepiſcopo pro DCCLIV. libris *Hallenſ.* XIII. ſolidis & III. *Hallenſ.* numeratæ pecuniæ vendidit. de *Guden.* T. III. p. 74.

b) Provocarunt ad hanc chartam nuper admodum an. 1730. cives *Ballenburgenſes*, dum ſibi jus detractus, & cenſus emigrationis, cujus pluſquam triennariam poſſeſſionem quietam pro ſe allegarant, adimebatur, jus hoc ob præſtitum *Alberto* R. R. auxilium & ſuppetias militares ſibi conceſſum querulantes. Sed fruſtra hæc originatio. Cæterum hic ſimul obſervare licet, communicato oppidis archidiœceſeos jure civitatis, a cæſare communiter jura & privilegia liberæ cujuſdam in vicinia civitatis indulta fuiſſe, ut tamen hæc libertatio nexui territoriali ejuſmodi oppidorum minime fraudi fuerit. Ignara moris poſterior ætas, multas ſuper hoc turbas agitabat. Querebantur liberæ ejuſmodi civitates de communicatis, citra aſſenſum ſuum, ampliſſimo juribus & præeminentiis ſuis civilibus. Ipſi neocives, heri ruſticorum ordini ſubtracti, criſtas attollere, perfectam nomotheſiam & independentiam a Domino territ. i. e. immedietatem anhelare, liberos ſe nunc imperii cives jactare. *Ludovicus* IV. R. R. et *Carolus* IV. plurimis archidioeceſeos, quae nunc ſuperſunt, oppidis "*jura civitatis*, *libertates et gracias*, *quibus gaudent cives nri in* „ *Franckinvorde*, „ concedentes, reverſales *Francofurtenſibus* litteras, de non praejudicando indulſere. Nunquam dominorum poteſtati *territoriali*, -- imo ſæpe nec *herili* ſubtraxit curtatenſes hæc libertatio. Raro ultra ſortem propriæ defenſionis enitebant, inde: *Bürger und Bauer ſcheidet nichts, als die Mauer*. Non obſtante jure civitatis, remanſit plurimis nexus ſervilis, ſeriuſque demum ab hoc onere munificentia Electorali liberati cives in *Lare, (Lohr) Obernburg*, *Steinheim*, *Telkenheim*, a *Ludovico* Imp. jure civitatis donati. Certiſſimum interim eſt, per totum latæ imperium *Germ.* nullibi auram libertatis tam avide, tam arroganter et pertinaciter, quam in terris noſtris Rhenanis captatam

tam eſſe. Unde triſtes, patriæ funeſtæ, de his rebus jam ſæc. XIV. XV. contentiones. –

II.

Breve apoſtolicum contra eos, qui in Petrum Baſileenſem Epiſcopum manus violentas injecerunt, eundemque ſpoliarunt. &c. An. 1307. a)

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri . . ArchiEpiſcopo *Colonienſi* et dilectis filiis . . *fulden* . . ac ſanctæ *Marie ad Martires Herpiboleenſis* & *Treverenſis* Dioceſis monaſteriorum Abbatibus, ſalutem & aplicam ben. Ad Audientiam noſtram pervenit quod nobiles viri *Rudulphus* de *Werdemberg*, dictus de *Sangans* & *Wilhelmus* de *Monteforti* Comites, *Hermannus* de *Ramungen*; *Ulricus* de *Bach*, *Otto* de *Suncheyn*, & *Bertoldus* de *Lapide* milites *Ucze* de *Stoccingen*, & *Ulmerus* armigeri, & quidam alii laici eorum complices, venerabilem fratrem noſtrum *Petrum* ArchiEpiſcopum *Maguntinum*, tunc Epiſcopum *Baſilienſem* non abſque injectione manuum in eum, Dei timore poſtpoſito temere violente, auſu ſacrilego capientes, ipſum quibuſdam equis, pannis, libris, vaſis argenteis ad eum ratione perſone ſue ſpectantibus, et rebus aliis nequiter ſpoliarunt, ac nichilominus eum tam diu detinuerunt carcerali cuſtodie mancipatum, donec ab eo pro liberatione ſua quandam pecunie ſummam ac juramentum, et cautionem fidejuſſoriam ac etiam quaſdam litteras extorſerunt, quod ſuper his contra eos non deponeret querimoniam nec etiam litteras apoſtolicas impetraret, cum igitur premiſſa in partibus illis adeo ut aſſeritur ſint publica et notoria, quod nulla poſſint tergiverſatione letari, ac ſit apud Deum et homines durius aborrendum, quod in miniſtros Dei preſertim pontificali pre-

ditos dignitate, talia comitantur, diſcretioni veſtre per ap̄lica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos comites, milites, et armigeros complices, quod hujuſmodi juramentum relaxent, et fide juſſores predictos ab hujuſmodi fide juſſione abſolvant, monitione premiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota cogatis. eodemque juramento relaxato et dictis fidejuſſoribus abſolutis, ipſos tamdiu ſingulis diebus Dominicis, et feſtivis, pulſatis campanis et candelis accenſis, per omnia loca de quibus expedire videritis, excomunicatos publice nuntietis, et ab aliis nuntiari faciatis, et ab omnibus artius evitari, donec paſſo injuriam ſatis fecerint competenter, et cum veſtrarum teſtimonio litterarum, ad ſedem venerint apoſtolicam abſolvendi. b) eoſdem quoque Comites, milites, armigeros et complices, quod dicto ArchiEpiſcopo bona quibus eum taliter ſpoliarunt, integre reſtituant ut tenentur monitione premiſſa per cenſuram eandem previa ratione cogatis. Invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Et ut com̄odius poſſitis hujuſmodi auxilium invocare compellendi ſæculares nobiles, & alios monitione premiſſa, per cenſuram prefatam appellatione remota, ad preſtandum nobis in hac parte, prout expedire putabitis, oportunum auxilium, conſilium et favorem concedimus, vobis tenore preſentium. plenam et liberam facultatem, quod ſi non omnes hijs exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. apud *vig-*
25. Dec. *nandraldum* VIII. Kalendas januarij. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

a) Eo tempore, quo *Petrus Baſileenſi* præerat Eccleſiæ, multa undique exarſere bella, maxime cum *Albertus* ex *Auſtria* magnum duxiſſet exercitum contra *Adolphum* Regem *Romanorum* an. MCCCXCVIII. & cum *Suitenſes* contra comitem de *Habſpurg* arma ſumentes, caſtrum vallis obſidione cinxiſſent. Conventio tunc facta fuit inito fœdere perpetuo inter incolas de villa *Switz*, *Ure* &

& *Underwalden* contra præfectos terræ &c. Conf. *J. Müller, Geſch. der Schweitz. Eidgenoſſenſch. Th.* I. *Kap.* XVIII. -- Has inter turbas facile potuit evenire *Petri* ſpoliatio ejuſdemque captivitas. vid. *Trithemius* ad hos annos. &c.

b) *De peregrinationibus ad limina apoſtolica* hoc fine juſſis, & abſolutis, nuper ex Diplomatt. egit: *Bodmannus, Abh. v. der Bedefahrt nach Rom, einer teutſchen Gerichtsſtrafe des mittlern Zeitalters*; (inſerta *J. C. Siebenkeeſs, Beytr. z. teutſch. Privatr. Th.* III.)

III.

Fructus primi anni omnium beneficiorum per tres annos Petro Archiep. Mag. conceduntur ad delenda debita. An. 1307. a)

Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri . . Archiepiſcopo *Colonienſi* & dilectis filijs . . Prepoſito in *Nuhuſen* extra muros *Wormacienſ.* & *R.* Archidiacono de *Toleygia Trevirenſ.* eccleſiarum, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Circa quarumlibet eccleſiarum neceſſitates ſolicite vigilantes in eo eis libenter aſſiſtimus ne ſub oppreſſionis onere non adjute ſuccumbant ſed ut a ſuis oppreſſionibus apoſtolico ſuffulte ſuffragio releventur. Volentes itaque eccleſiam *Maguntin.* cui Venerabilis frater noſter *Petrus* Archiepiſcopus *Magunt.* preeſſe dinoſcitur a debitorum ſarcina b) quibus ut idem archiepiſcopus aſſerit eſt gravata paterna ſolicitudine relevare ne quod abſit ipſius ſubſtantia uſurarum voragine conſumatur ipſius archiepiſcopi ſupplicationibus inclinati auctoritate ſibi litterarum noſtrarum conceſſimus ut fructus redditus & proventus primi anni omnium eccleſiarum parrochialium & ruralium, & beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura que uſque ad triennium in ſuis civitate & dioceſi vacare contingeret ad quorumcumque collationem

vel

Digitized by Google

vel preſentacionem aut aliam quamvis diſpoſitionem ſpectaverint libere percipere poſſit in ſolutionem debitorum hujuſmodi convertendos. Ita tamen quod per hoc illis qui beneficia eccleſiaſtica in eiſdem civitate et dioceſ. auctoritare litterarum apoſtolicarum expectant, quo ad aſſecutionem beneficiorum ipſorum prejudicium nullum fiat. Non obſtantibus quibuslibet contrariis conſuetudinibus vel ſtatutis juramento confirmatione apoſtolica vel quacumque alia firmitate vallatis etiam ſi alicui eccleſie aut cujus ſingulari perſone ex ſtatutis & conſuetudinibus hujuſmodi aut ex privilegio ſedis apoſtolice fructus redditus & proventus debeantur, & conſtitutione felicis recordationis *Bonifacii* Pape VIII. predeceſſoris noſtri ſeu qualibet alia ſuper hoc in contrarium edita quibus eccleſiis & perſonis per hoc nullum prejudicium generetur quin elapſo hujuſmodi primo anno libere illos percipere valeat & habere; aut ſi eſt aliquibus ab eadem ſede indultum, quod de fructibus eccleſiarum & beneficiorum ſuorum nulli valeat provideri per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem & qualibet alia ipſius ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat per quam noſtris literis non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cujuſque toto tenore debeat in dictis noſtris literis fieri mentio ſpecialis. Proviſo attencius ut eccleſie ac beneficia hujuſmodi interim debitis non fraudentur obſequiis & animarum cura in eis quibus illa imineret nullatenus negligatur quodque prefati fructus redditus & proventus in alios uſus quam in ſolutione debitorum hujuſmodi nullatenus convertantur. Quo circa diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus veſtrum per nos vel alium ſeu alios auctoritate noſtra eidem Archiepiſcopo fructus redditus proventus juxta hujuſmodi conceſſionis noſtre tenorem faciatis integre miniſtrari.

ſtrari. Non obſtantibus omnibus ſupradictis aut ſi aliquibus communiter vel diviſim a preſata ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum apud *Vignandraldum* viiij Kal. Januarij Pontificatus noſtri anno ſecundo. 25. Dec.

a) *Clemens* V. PP. etiam in Anglia exegerat Annatas ſive primos anni primi fructus; id teſtatur *Mathæus Weſtmonaſterienſis* & *Thomas* de *Walſingham* in *Hypo digmatibus Neuſtriæ* ad an. 1305. hic de *Clemente* V. notat = *Dominus Papa attendens, quod charitas incipit a ſe ipſa, primo fructus ſibi per totam Angliam reſervavit inductus per avaritiam Epiſcoporum Regni Angliæ poſtulantium primas vocationes per annum in ſuis diœceſibus ſibi concedi; nempe ſummus Pontifex advertens, quia, quod petit inferior, poſtulare poteſt et ſuperior, appropriavit ſibi ipſi omnes proventus de primo anno vacantibus Eccleſiis per tatam Angliam, videlicet de primo anno primos fructus de Epiſcopatibus, Abbatiis, Prioratibus & præbendis, perſonatibus, Vicariis, quam de coeteris minutis beneficiis.* — Sic pedetentim enatæ fuerunt Annatæ. *Clementis* ſucceſſor *Jannes* XXII. ad ſubveniendum Eccleſiæ *Romanæ* neceſſitatibus per univerſam Eccleſiam fructus primi anni beneficiorum omnium intra triennium vacaturorum ſibi reſervavit.

b) Sed unde hæc debitorum ſarcina? — Turbulentiſſimum rei publ. ſtatum, cathedram aſcendendo, expertus eſt Petrus, diſcordiam Civium *Magunt.* rixas et diſſidia inter comprovinciales Dynaſtas, Comites et nobb. ſibi, et eccleſiæ ſuæ graves præ oculis videns. Jam equidem pro tollendo, quantum fieri poſſet, hoc onere, habito miniſterialium ſuorum conſilio, inter Archiepiſcopum & Capitulum de collectis & ſubventionibus ſæpius actum, ſed reluctantibus ſemper, quos in partes vocaverat, Civibus *Magunt.* libertatis ſuæ præjudicium graviter metuentibus. Orat, obſecrat, obteſtatur, paupertatem, lacinias, miſeriam gravi oratione exponit, miſericordiam flagitat. Fruſtra hæc omnia. Arrepto demum conſilio, (cujus exemplo ſibi fuerant in vicinia Epiſcopi jam plures,) adjutus interceſſione Capituli Metrop. a Pontifice, multis ſibi nominibus obſtricto, gratiam, cujus hæc charta index, per oratorem flagitat, lubenterque obtinet.

V.

Datum per copiam ſub ſigillo honorabilis viri Hugonis proviſoris Allodii Reverendi Patris ac Dⁿni Dⁿni Petri ArchiEpiſcopi Maguntini. An. 1308. (a)

Ego *Bertholdus* miles Dominus in *Eckſtede* publice recognoſco per preſentes, quod de bona voluntate & conſenſu omnium heredum & coheredum meorum dilecto ſororio meo *Henrico* de *Biltirsleben* civi *Erfordenſi* & omnibus ſuis heredibus vendendi juſto & perfecto venditionis titulo viginti & duos manſos cum omnibus curijs attinentibus, ſitis in villis & in campis villarum *Wicherde* & *Raſdorff* ſolventes ſingulis annis octo talenta minus ſex denar. novorum *Erfordenſis* monete ad feſtum beate *Walpurgis* unam partem cenſus, reſiduam vero partem cenſus ad feſtum beati *Martini*, tres aucas & novem pullos annuatim cum omnibus ſuis attinentijs, uſu fructu, obventionibus & obſequijs manſum earumdem, me ſeu meos predeceſſores habitis ex antiquo pro octuaginta & quinque talentis denar. *Erford.* mihi & meis heredibus integraliter & utiliter jam perſolutis (b). Quæ quidem bona predicta habentur & haberi debent jure feudali a Domino ArchiEpiſcopo *Mogunt.* his tamen conditionibus adjectis, videlicet, quod Ego data fide promiſi pro me & omnibus heredibus meis fideliter & promitto omni vi & diligentia ordinare quod dictus Dⁿnus ArchiEpiſcopus *Mogunt.* eidem *Henrico* & ſuis heredibus predicta bona conferat ab ipſo jure feudali pacifice perpetuo poſſidenda. ſed ſi hec non poſſem facere ullo modo ſeu perficere non valerem, ad quod tamen omnem diligentiam, quam valeo, promiſi & promitto me preſentibus fideliter adhibere, Ex tunc cum conſenſu & ratificatione jam dicti Dⁿni ArchiEpiſcopi *Mogunt.* ea-

jus rei ſunt *Henricus* de *Molehuſen*, *Fridericus* de *Matſtete*, *Wernerus* de *Meldingen* civis *Erford.* & alij quam plures fide digni. Actum & datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octavo in craſtino beate *Walpurgis* virginis. a. Maji.

a) *Hugo* iſte ſignanter occurrit in charta an. 1318. quando expiatum fuit a milite de *Salza* & ſociis nefas ob comprehenſum *Halberſtadenſem* Epiſcopum *Albertum*. Inter teſtes ibi legitur: *Hugo proviſor Allodii Erfordenſis*. vid. de *Gud.* T. III. p. 159.

b) Notandum dictos 22. Manſos pertinuiſſe ad allodium Archiepiſcopi *Erfordenſe*, menſæ Archiepiſcopali deſtinatum, quod ex more ejus ævi, jure partim clientelari, partim hæreditario ſimplici, vaſallis et colonis *Freyzinſer*, ejus regionis obtigit; ex prima poſſidendi ratione obtigerat numerus hic manſorum ceu prædia avita feudalia, genti ab *Eckſtedt*, in faſtis *Erfordienſ.* celebratæ, Vicedominatus munere inſigni. Conſenſum de rata habenda hac alienatione, a Domino feudi, Eccleſia *Magunt.* ſe procuraturum, ordinandamque de his bonis inveſtituram promittit venditor; ni efficere queat, ſalvo jure feodali *Eckſtedienſium*, ſe dictos manſos emtori jure hereditario *(Erbzinnſgut)* conferre velle ſe obligat, canone in hunc caſum minimi pretii (2 denar. *Erford.*) ſibi reſervato. Vides, pro conſervando jure clientelari Eccleſiæ *Maguntinæ*, electam juris hæreditarii ſimplicis viam, quod tum temporis uſitatum admodum, cum emphyteuta alienæ duntaxat poſſeſſionis miniſter haberetur, interim tamen, ut teſtatius fieret, totum hunc Emphyteuſeos contractum, pro conſervando jure Eccleſiæ *Mag.* initum, revera ex intentione paciſcentium abſolutam & firmam eſſe deberе venditionem, ſpondet venditor, ſe dicta bona in caſu alienationis ulterioris, cum conſenſu Archiepiſcopi, ab Emtore forſan ſuſcipiendæ, novo huic emtori ſine mora collaturum, & reſignaturum. &c. Ex quo contorta, & callida ordinandi de bonis, quarum liberæ adminiſtrationi nexus adſtrictus clientelaris dure obſtitit, ratio, ex ævi illius moribus luculenter diſpicitur.

Digitized by Google

ri mandamus plebano in *Offenheim* ut omnes ac ſingulos quorum intereſſet citaret publice in Eccleſia *Mouchenheim* predicta viſuros, & audituros feria ſecunda proxima poſt diem beati *Michahelis* proceſſum noſtrum quem intenderemus facere ſuper premiſſis & jus ſuum, ſi alicui ipſorum competere dinoſceretur ſuper dicta eccleſia rationabiliter defenſuros vocatis nihilominus tribus ſacerdotibus Eccleſiarum vicinis, qui nobis cooperari valerent in taxatione prebende (b) in dicta Eccleſia vicario deputande, dictoque termino comparente procuratore honorabilium virorum Decani & Capituli eccleſie *Moguntinenſis* dicente ſua nomine predictorum dominorum ſuorum intereſſe quo ad Eccleſiam ſupradictam prorogatoque negotio hujuſmodi cum dicto procuratore per diverſos terminos & tandem conſenſu habito ex parte Decani & Capituli predictorum ut ad conſummationem predicti negotii procederemus prout in litteris eorundem Dominorum Decani & Capituli vidimus contineri. Nos igitur viſis Litteris ſedis apoſtolice & collatione ſeu donatione facta a predictis patronis Eccleſie premiſſe habita eciam collatione cum predictis tribus ſacerdotibus ad hoc ut predicitur vocatis, ſuper taxatione perpetue vicarie & congrua portione perpetuo vicario ipſius eccleſie de redditibus ejuſdem pro ſuſtentatione ſua, & conſuetis oneribus ſupportandis deputande ac aliis in hujuſmodi negotio debite obſervatis auctoritate qua fungimur in hac parte, damus preſentibus & concedimus . . abbatiſſe & conventui predictis plenam & liberam facultatem intrandi poſſeſſiones ſeu quaſi jurium obventionum & reddituum Eccleſie ſupradicte taxata & ordinata per nos predicto *Cunrado* nobis ad eandem eccleſiam ab abbatiſſa & conventu predicti Monaſterii pro vicario perpetuo preſentato & ſuis ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint pro prebenda & congrua portione pro ſuſtentatione ſua conſuetis oneribus ſupportandis dote ipſius

ſius ecclesie minuta decima & oblationibus que hucuſque percipere conſuevit vicarius in Eccleſia ſupradicta, Volumus etiam quod per predictam noſtram ordinationem domino noſtro archiepiſcopo predicto prejudicium nullum fiat, quominus fructus futuros ipſius eccleſie quod & ipſis dominabus preſentibus innoteſcere volumus prout in aliis eccleſiis auctoritate ſibi conceſſa, recipere conſuevit, percipere valeat & habere. Inſuper *Cunradum* ſacerdotem predictum nobis ut predictum eſt pro perpetuo vicario preſentatum de cura prefate Eccleſie in *Mouchenheim* preſentibus inveſtimus Mandantes vobis domino prepoſito Eccleſie ſancti *victoris* extra muros *Moguntin.* quatenus predictum *Cunradum* per vos vel per alium ducatis aut induci faciatis, in poſſeſſionem dicte eccleſie corporalem, facientes ſibi a parochia ibidem in temporalibus & ſpiritualibus obedienciam & reverentiam perpetuo vicario debitas exhiberi adhibitis circa hoc ſollempnitatibus debitis & conſuetis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum proprium preſentibus duximus appendendum. Actum & datum
24. Jan. *Moguntiæ* Anno Domini MCCC°X. IX. Kl. Februarii.

a) De hoc monaſterio quædam ulteriora afferemus in Monaſtico *Maguntino.*

b) *Ritum veterem taxationis præbendarum*, ex Chartis & monumentis gnaviter expoſuit Rev. P. *Hyac. Ræſer. Melodun.* 1768. 4. Similem fere morem exprimunt inſtituta illa provincialia, ex quibus nobili Domino patrimoniali nonnunquam per LL. & Receſſus prov. licet, unum alterumve colonum prædio deſtituere, fructusque curiarum in ſolatium propriæ exigentiæ ſibi adſciſcere, dummodo tamen colono interimiſtico, qui onera & ſervitia prædii ſuſtineat, curiæ præpoſito, rationibus Domini territ. & prædii ipſius bene conſulatur.

VII.

VII.

Littera ſuper caſtro Scharpffenſtein. An. 1310. (a)

Nos *Ludovicus* & *Conradus* de *Kindehuſen* tenore præſentium recognoſcimus & publice profitemur, quod ſuper diſcordia ſeu controverſia, quæ inter Reverendum Dominum noſtrum & Patrem Dominum *Petrum* Archiepiſcopum *Moguntinum* & nos ſuper caſtro *Scharpffenſtein* vertebatur (b), talis præſentibus & mediantibus nobilibus viris *Friderico* de *Roſtorff*, & *Hildebrando* de *Hardenberg* militibus ordinatio ſeu Compoſitio amicabilis intervenit, quod nos ſponte & libera voluntate, fide præſtita manuali, & per juramentum promiſimus, & promittimus in his ſcriptis, quod quandocunque prædictus Dominus noſter ArchiEpiſcopus *Moguntinus* nobis quingentas marcas puri argenti *Erffordenſ.* ponderis aſſignabit, Nos prædictum Caſtrum *Scharpffenſtein* cum ſuis attinentiis liberum & dislegatum ſibi vel ſuis ſucceſſoribus, & eccleſiæ *Moguntinæ* reddemus & aſſignabimus, mora & difficultate qualibet procul mota. expenſas quas ego prædictus *Ludovicus* in Captivitate (c) prædicti Domini *Moguntini* poſitus feci, de ſumma prædictarum quingentarum marcarum argenti nihilominus defalcando. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri, & ſigillo noſtro, quo ambo utimur fecimus ſigillari. Actum & datum Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Decimo, quarto Idus Maij. *12. Maji.*

a) Haud procul a *Kidrich* in *Rhingavia* confer. de *Gud.* T. III. p. 51. ubi milites de *Kindeſhuſen* condemnati ſunt ad deoccupandum & reſtituendum caſtrum prædictum cum omnibus & ſingulis juribus, diſtrictu & pertinentiis ſuis Domino *Petro* Archiepiſcopo & Eccleſiæ *Maguntinæ*.

b) Concernebat illa quæſtionem: utrum caſtrum *Scharpffenſtein*, quod ſibi jure feodi ex inveſtitura *Gerhardi* AEpi *Mag.* compete-

re aſſeruerant illi de *Kindeſhuſen*, (negante nihilominus id *Petro* A'Epo,) ad Eccleſiam *Maguntinam* libere reverti debeat, nec ne? —

c) Captivitatem hanc ſubierat *Ludovicus*, eo quod juxta pronuntiatum A. 1308. Laudum Conſiſtoriale apud *altam villam*, cautionem idoneam de reſtituendo & de occupando caſtro prædicto, non poterat conſilio parium curiæ exhibere.

VIII.

Item Littera Dietheri Comitis de Katzenelnbogen aſſignantis pro feudo caſtrenſi ſibi conceſſo bona in Brunſchenbach & Benngartrode. An. 1310.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos *Dietherus Dei gratia Comes in Katzenelnbogen* recognoſcimus in hijs ſcriptis, publice proteſtando R'mum D'num *Petrum* Archi Epum *Magunt.* Nos in ipſius ſucceſſorum ſuorum & Eccleſie *Magunt.* hereditarium acquiſiviſſe caſtrenſem in opido ſuo *Lainſtein* (a) & propter hoc nobis dediſſe ducentas marcas *Colon.* denariorum tribus *Hallenſibus* dativis pro denario quolibet computatis ita ſane quod nos eidem Domino noſtro *Petro* ſucceſſoribus ſuis & Eccleſie *Magunt.* pro dictis ducentis marcis demonſtrando aſſignavimus in proprijs curijs ſive curtibus noſtris quas habemus in villis *Brunſcenbach*, *Berengarterode* & molendino ſito ibidem redditus viginti marcarum *Colon.* denariorum warandie prenotate, quos quidem redditus reſignavimus prefato Domino noſtro *Petro* ArchiEpiſcopo ſucceſſoribus ſuis & Eccleſie *Maguntine* in preſencia ſtrenuorum virorum videlicet *Friderici* Burggravij in *Lainſtein Heinrici* de *Aldendorff* & *Heinrici* nati ipſius *Conradi* de *Grunauwe* & *Dilmanni* fratris ipſius *Markolfi* dicti *Kezzelhus*, *Ortlibi* de *Larheym Johan-*

hannis de *Rodensheym* & *Gerlaci* dicti *Grans* militum *Jacobi* dicti *Buwe* Caſtrenſis in *Lainſtein* & aliorum multorum ydoneorum virorum ad demonſtracionem & reſignacionem hujuſmodi ſpecialiter vocatorum ſecundum quod ibidem eſt moris juris & conſwetudinis approbate tenendos & poſſidendos a Nobis & heredibus noſtris qui per decurſum temporis in comitatu *Katzenelnbogen* nobis legaliter ſucceſſerint per lyneam maſculinam tytulo & jure caſtrenſis feodi ex collacione prefati D̄ni *P.* ArchiEpiſcopi ſucceſſorum ſuorum & Eccleſie *Maguntine* accedente ad premiſſa conſenſu & voluntate dilecte nobis *Katherine* noſtre collateralis & aliorum heredum noſtrorum. Ceterum actum & ordinatum exiſtit, quod *Fridericus* dictus *Griffenclae* armiger ſive famulus annis ſingulis de prefatis viginti marcarum redditibus quatuor marcas percipiet electus & aſſumptus in Caſtrenſem (b) per ipſum Dominum *Petrum* Archiepiſcopum *Maguntinum* qui in dicto opido *Lainſtein* utpote Caſtrenſis pro nobis faciet reſidenciam perſonalem aut alius quicuuque ipſo *Frid.* cedente ſeu decedente abſque heredibus ſexus maſculini quem D̄nus ArchiEpiſcopus *Mag.* qui pro tempore fuerit, in caſtrenſem duxerit acceptandum ſeu etiam aſſumendum. In cujus rei teſtimonium & premiſſorum certitudinem pleniorem has litteras dedimus ſigilli noſtri robore communitas. Et nos *Katherina* Comitiſſa de *Katzenelnbogen* collateralis D̄ni. D. Comitis ibidem, quia ratam & gratam habemus demonſtracionem aſſignacionem & reſignacionem viginti marcarum reddituum predictorum in villis & molendinis ſive curijs prenotatis juxta formam modos & conditiones premiſſas in ſignum & evidentiam noſtri conſenſus & ratihabitionis ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Actum & Datum Anno Domini Milleſimo tricentheſimo X. III. Idus junij. *11 Jun.*

 (a) *Lon-*

a) *Longeſtein, Logeſtein, Logoſtein, Loinſtein, Lonſtein. Adelbertus* I. an. 1128. fratribus S. *Martini* de Domo aſſignavit ſex carvatas vini in *Longenſtein.* de *Gud.* T. 1. p. 77.

b) Ex hac charta tria addiſcimus: 1) *rationem feudorum caſtrenſium.* Conducebantur enim tales caſtrenſes vel prædio, aliave re immobili, vel certa quadam pecuniæ ſumma in feudum conceſſa, quæ ipſis ſingulis annis præſtabatur vel ex cellerariis, (*Kellereyen*) vel theloneis, vel precariis & cenſibus alicujus loci; ita tamen, ut Domini ſibi prædiorum pariter ac pecuniæ reluitionem, certa quantitate expreſſa plerumque reſervarent; qua facta caſtrenſes tali pecunia vel prædium aliquod comparare, vel, ſi eam retinere maluerint, ex propriis bonis tantum, quantum ſoluta hac ſumma comparari potuiſſet, Domino in feudum offerre tenebantur, quod tamen prædium ultra duo vel tria milliaria ab iſto caſtro, in quo caſtrenſes erant, abeſſe non debuerat. Atque ſic in caſtrum quoddam recepti ſervitia caſtrenſia præſtare, caſtrum defendere, omnemque Dominis ſuis fidelitatem exhibere cogebantur. 2) *Rationem reſidentiæ caſtrenſis.* (*Burghude*) Comites enim, ac Dynaſtæ accepto feudo caſtrenſi, ipſi ſervitia hæc caſtrenſia, niſi exiſtente ſumma neceſſitate, præſtare non ſolebant, ſed plerumque militem quendam *ex ordine equeſtri* ſubſtituebant, qui loco ipſorum *cuſtodiam* faceret *caſtralem & reſidentiam.* 3) Feuda caſtrenſia *Maguntina*, ut plurimum eſſe *maſculina*, eamque pro ſe præſumptionem ex moribus curiæ hujus feudalis gerere, niſi ex litteris, & longa ſucceſſorum ſerie contrarium liquido demonſtretur. Inſuper ex hac charta diſcimus, *jus ſubſtituendi provaſallum Caſtrenſem*, non penes vaſallum, ſed penes Dominum dir. fuiſſe, eoſdem provaſallos fuiſſe hæreditarios, nonniſi tamen habita iterum ratione ſexus maſculini. Denique Conſenſum conjugum aſſignationi & reſignationi bonorum mariti, ex cauſa peculiari, v. c. vidualitii, dotis, donationis propter nuptias multifarium accedere debuiſſe.

IX.

IX.

Item littera Ruperti (a) *Comitis in Virnburg, quod eſt Feudatus Eccleſie Maguntine pro XX marcis Colon. denariorum in oppido Lainſtein. An. 1310.*

Ad perpetuam rei memoriam. Nos *Rupertus Dei Gratia Comes in Virnburg* recognoſcimus in hijs ſcriptis publice proteſtando R'dum Dn'um noſtrum *Petrum* Archi Epiſcopum *Maguntinum* nos in ipſius, ſucceſſorum ſuorum & Eccleſie *Maguntine* hereditarium acquiſiviſſe Caſtrenſem in opido ſuo *Lainſtein* & propter hoc nobis dediſſe ducentas & quinquaginta marcas *Colon.* denariorum tribus *hallenſibus* dativis pro denario quolibet computatis ita ſane quod nos eidem Domino noſtro *Petro* ArchiEpiſcopo ſucceſſoribus ſuis & Eccleſie *Maguntine* pro dicta pecunia demonſtrando aſſignavimus in curijs ſive curtibus noſtris proprijs cum omnibus ſuis pertinentijs quas habemus in villis *Mieln, Overnbievern* in *Hayn* & *Ouch* redditus viginti marcarum *Colon.* denariorum warandie prenotate, quos quidem redditus reſignavimus & preſentibus reſignamus dicto Domino *P.* Archiepiſcopo ſucceſſoribus ſuis & Eccleſie *Magunt.* in preſentia honeſtorum virorum *Gerlaci parvi* militis, *Sifridi* & *Johannis* de *Schevene* noſtri officiati *Jacobi* dicti *Bune* & *Heinrici* de *Bechele* famuli D'ni Archiepiſcopi memorati. Item *Conradi* militis, *Wigandi* & *Gerlaci* caſtrenſium in *Wiede* & aliorum multorum ydoneorum virorum ad reſignacionem & demonſtracionem hujuſmodi reddituum vocatorum ſecundum quod in dictis villis eſt juris & conſwetudinis approbate tenendos & poſſidendos a nobis & noſtris heredibus qui per decurſum temporis in Comitatu *Virnburgenſi* nobis ſucceſſerint per lyneam maſculinam tytulo & jure Caſtren-

ſis feodi ex collatione prefati Domini *Petri* ArchiEpiſcopi ſucceſſorum ſuorum & Eccleſie *Maguntine* accedente ad premiſſa conſenſu & voluntate dilecte nobis *Agnetis* (b) noſtre collateralis & heredum noſtrorum. Teſtes hujus rei ſunt *Gerlacus* & *Conradus* milites cetereque ſupradicte perſone & multe alie fide digne ad premiſſa cauſa teſtimonij evocate. In majorem quoque certitudinem & teſtimonium predictorum has dedimus, conſcribi fecimus litteras ſigilli noſtri robore communitas. Et nos *Agnes* Comitiſſa in *Viremburg* collateralis Domini *R.* Comitis prenotati quia ratam habemus & gratam demonſtrationem, aſſignationem, translationem & reſignationem redditũum viginti marcarum predictarum juxta formam, modos & conditiones pretactas in ſignum & evidentiam noſtri conſenſus ſeu eciam ratihabicionis ſigillum noſtrum huic ſcripto matura deliberatione prehabita duximus appendendum, renuntiantes nominatim & expreſſe omni juri accioni, ſeu eciam excepcioni que nobis poſſent competere *virtute propter nuptias donacionis ſive eciam intuitu proprietatis* in curijs bonis & viginti marcarum redditibus prenotatis, ex nunc ut premittitur, nomine & tytulo caſtrenſis feudi translatis in Dominum *P.* Archiepiſcopum *Maguntinum* ſucceſſores ſuos & Eccleſiam *Maguntinam*. Datum Anno Domini
30. Jun. Milleſimo CCC° decimo pridie Kalendas julij.

a) *Rupertus* iſte fuit frater *Henrici* Comitis de *Virnenburg* Chor-Epiſcopi *Trevirenſis* Præpoſiti *Bonnenſis*, dein Archiepiſcopi *Maguntini.*

b) Uxor *Ruperti Agnes* de *Weſterburg*,

c) Ad intellectum hujus chartæ, vid. dicta ad chart. præc.

X.

X.

Caſtrum Guttern poteſt redimi a Maguntino. An. 1310.

Nos *Hermannus* de *Spagenberg* ſenior in his ſcriptis publice profitemur, quod Reverendo Domino noſtro Archi Epiſcopo *Moguntino* Curiam in *Guttern* (a) cum bonis ipſi curie attinentibus pro tali pecunia, pro qua nos redemimus, reddere volumus & promittimus, quandocunque idem Dominus noſter redimere voluerit, curiam cum bonis ſimpliciter ac omni ſine dolo, ſi pre injuſta violentia obtinuerimus & obtinere poterimus curiam memoratam. Hec etiam pro dilecto noſtro Avunculo *Gunthero* de *Saltza* preſentibus obligamus. In cujus rei evidentiam damus preſentem litteram noſtro ſigillo firmiter roboratam. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo, nono Kalendas Septembris. *24. Aug.*

a) Anno ſequente Marchio *Miſniæ Fridericus* cum *Henrico Romanorum* Rege conventionem initam de reddendo Caſtro *Guttern* alias dicto *Biſchofsguttern* in *Thuringia* adimplet, ſimulque ſpondet, ſe omnia bona ad Eccleſiam *Maguntinam* ſpectantia per ſe & ſuos coadjutores detenta vel occupata reſtituturum abſoluta & libera & reſtitui procuraturum indilate, nec ipſum ArchiEpiſcopum in bonis, hominibus aut juribus, ſuis & Eccleſiæ ſuæ turbaturum aut aliquid gravaminis illaturum. &c. de *Gud.* T. III. p. 65.

XI.

Littera ſuper locatione pundczoll per Archiepiſcopum P. An. 1310.

P. *Dei gratia ſancte Maguntine ſedis ArchiEpiſcopus ſacri Imperij per germaniam Archicancellarius* prudentibus viris ſcul-

ſculteto judicibus & conſulibus *Maguntinis* fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum. Cum Nos theolonium noſtrum in Civitate *Maguntina* quod vulgariter phuntczolle (a) dicitur cum quibuſdam alijs noſtris redditibus devotis noſtris Decano & Capitulo *Maguntino* deputaverimus percipiendos quouſque ipſis de eiſdem mille & octingente marce denariorum *Colon.* quos eis ſolvere tenemur, fuerint perſolute, mandamus vobis, quatenus ipſis de predicto theolonio faciatis uſque ad completam ſolutionem predicte pecunie reſpondi. Datum *Maguncie* Anno Domi-
9. Sept. ni MCCCX. V. Idus Septembris.

a) Exeunte Sæc. XIII. & ineunte Sæc. XIV. magnæ Archiepiſcopis *Mag.* curæ Thelonea ordinanda fuere, *Petro* inprimis, qui teſtibus notis archivalibus civitatem emporio illo, quod hodienum viſitur, *Kaufhaus* dicto, A. 1314. exornavit, reique mercatoriæ & nauticæ *Stapel und Uiberſchlag* legibus, privilegiisque firmandæ rationem ſat anxiam habuit. Significabatur præſens deputatio, ſculteto, judicibus & conſulibus civitatis *magunt.* tum ut firmiorem de jure hanc efficeret delegationem, tum ut inſultibus refractariorum, qui Archiepiſ͂o, non Capitulo a civibus & advenis deberi hoc theloneum contendere poterant, mature occurreret.

XII.

Bulla Clementis V. e Concilio Viennenſi ad Archiep. Mag. de bonis Templariorum ad ordinem FF. Hoſpitalis Jeroſolymit. transferendis. (a) *An. 1311.*

C*lemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei* Venerabilibus fratribus . . ArchiEpiſcopo *Maguntinenſi* & . . *Pragenſi* ac . . *Moravienſi* . . Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad providam *Chriſti* Vicarij preſidentis in ſpecula apoſtolice ſedis dignitatis circumſpectionem pertinet,

vices

vices penſare temporum emergentium negotiorum cauſas diſcutere, ac perſonarum attendere qualitates ut ad ſingula debitum dirigens neceſſarie conſiderationis intuitum & oportune manum operationis apponens, de agro Domini ſic vitiorum tribulos eruat, ut virtutes amplificet, ſic prevaricantium ſpinas tollat; ut evellendo plus plantet quam deſtruat, & in loca vacua, per eradicationem nocentium tribulorum devota Deo plantaria transferendo potiorem prebeat de proviſa & utili, eorundem locorum unione & translatione letitiam, quam vera juſtitia, que compaſſionem habet, dolorem intulerit detrimentum, perſonarum locorum hujuſmodi per ruinam. Sic enim ſufferendo quod efficit, & ſubrogando quod proficit, virtutum profectus amplificat & ſublata de medio meliori ſubrogatione reſtaurat. Dudum ſiquidem ordine *Domus Militie Templi Jeroſolimitani* propter Magiſtrum & fratres ceteraſque perſonas dicti ordinis in quibuslibet mundi partibus conſiſtentes variis & diverſis *non tam nephandis, quam infandis, proh-dolor errorum & ſcelerum obſcoenitatibus pravitatibus, maculis, & labe reſperſos, que propter triſtem & ſpurcidam eorum memoriam noſtris litteris ſutticuimus* ejuſdemque ordinis ſtatum habitum atque nomen, non ſine cordis amaritudine & dolore facto approbante concilio non per modum diffinitive ſententie cum eam ſuper hec ſecundum inquiſitiones & proceſſus ſuper hijs habitos, non poſſemus ferre de jure ſed per viam proviſionis ſeu ordinationis apoſtolice irrefragabili & perpetuo valitura ſubſtulimus ſanctione ipſum prohibitioni perpetue apponentes diſtrictius inhibendo ne quis dictum ordinem de cetero intrare vel ejus habitum ſuſcipere vel portare, aut pro templario gerere ſe preſumeret, quod ſi quis contra faceret excommunicationis incurreret ſententiam ipſo facto. Univerſa etiam bona ordinis prelibati apoſtolice ſedis ordinationi & diſpoſitioni autorita-

ritate apoſtolica duximus reſervanda Inhibentes diſtrictius ne quis cujuſcunque conditionis vel ſtatus exiſteret ſe de perſonis vel bonis hujuſmodi aliquatenus intromitteret vel circa ea in prejudicium ordinationis ſeu diſpoſitionis apoſtolice, per ſedem eandem ut premittitur faciende aliquid faceret innovaret vel etiam attemptaret decernentes extunc irritum & inane, ſi ſecus a quoquam ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac poſtmodum ne dicta bona, que dudum ad ſubſidium terre ſancte & impugnationem inimicorum fidei Chriſtiane a *Chriſti* cultoribus data legata conceſſa & acquiſita fuerunt debita gubernatione carentia tanquam vacantia deperirent vel converterentur in uſus alios quam in illos ad quos fuerant pia devotione fidelium deputata, vel propter tarditatem ordinationis & diſpoſitionis hujuſmodi eorum deſtructio vel dilapidatio ſequeretur cum fratribus noſtris ſancte *Romane* Eccleſie Cardinalibus, nec non Patriarchis ArchiEpiſcopis, Epiſcopis & Prelatis ac etiam cum nonnullis excellentibus & Illuſtribus perſonis cum reliquorum quoque abſentium Prelatorum ac etiam Capitulorum & Conventuum eccleſiarum & Monaſteriorum procuratoribus in dicto concilio conſtitutis habuimus, ardua moroſa & diverſa conſilia & tractatus ut pre hujuſmodi conſiliorum & tractatuum deliberationem prehabitam diligentem dictorum bonorum ordinatio & diſpoſitio ad honorem Dei augmentum fidei exaltationem eccleſie, dicte terre ſubſidium ſalutem quoque fidelium & quietem ſalubris & utilis proveniret. Poſt que utique longa premeditata proviſa & matura conſilia ſuadentibus plurimis juſtis cauſis noſtra & dictorum fratrum nec non Patriarcharum ArchiEpiſcoporum Epiſcoporum & aliorum Prelatorum ac excellentium & Illuſtrium perſonarum predictorum in dicto Concilio tunc preſentium deliberationes & conſilia in hoc finaliter reſederunt, ut predicta bona ordini hoſpitalis ſancti *Johannis Jeroſolimitani*

tani

Digitized by Google

tani & ipſi hoſpitali, ac dilectis filiis Magiſtro & fratribus hoſpitalis ejuſdem nomine hoſpitalis & ordinis eorundem qui tanquam Athlete Domini pro defenſione fidei ſe periculis mortis jugiter exponentes oneroſa nimis & periculoſa diſpendia continue perferunt in partibus tranſmarinis in perpetuum unirentur. Nos igitur inter cetera mundi loca in quibus vigere dinoſcitur obſervantia regularis dictum ordinem hoſpitalis & ipſum Hoſpitale ſincere Caritatis plenitudine proſequentes, ac attendentes quod ſicut evidentia facti docet in eo divinis obſequiis ferventer inſiſtitur pietatis & miſericordie opera vigilantibus ſtudijs exercentur fratres hoſpitalis ipſius mundanis ſpretis illecebris devotum impendentes altiſſimo famulatum ac pro recuperatione terre predicte tanquam intrepidi *Chriſti* pugiles ferventibus ſtudijs & deſideriis intendentes quelibet ducunt humana pericula in contemptum, conſiderantes quoque quod ex hoc tanto eorundem Magiſtri & fratrum dictorum ordinis & hoſpitalis creſcet ſtrenuitas animorum fervor augebitur & ipſorum roborabitur fortitudo ad propulſandas noſtri Redemptoris injurias & hoſtes ejuſdem fidei conterendos quanto ipſorum potentia in opulentioribus facultatibus augmentata onera, que proſecutionis tanti negotii neceſſitas exigit levius & facilius poterunt ſupportare ac propterea non indigne vigiles redditi, ſtudijsque ſolicitis excitati ut ad ſui ſtatus augmentum opem & operam impendamus, eodem facto approbante concilio ipſam *domum Militie Templi* ceteraſque domos eccleſias capellas oratoria civitates caſtra villas terras grangias & loca poſſeſſiones juriſdictiones, redditus atque jura omniaque alia bona immobilia & mobilia, vel ſe moventia cum omnibus membris, juribus & pertinentiis ſuis, ultra & citra mare ac in univerſis & quibuslibet mundi partibus conſiſtentia, que ipſe ordo & dicti Magiſtri & fratres ipſius ordinis *Militie Templi* tempore quo

 ipſe

ipſe Magiſter & nonnulli ex eiſdem fratribus *Militie templi* in Regno *Francie* communiter capti fuerunt videlicet Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo octavo Menſe octobris per ſe vel quoſcunque alios habebant, tenebant & poſſidebant vel ad eoſdem Domum & ordinem *Militie templi* & dictos Magiſtrum & fratres ipſius *ordinis Militie templi* quomodolibet pertinebant nec non nomina actiones, & jura, que predicto tempore captionis ipſorum eiſdem domui, *ordini* vel perſonis ipſius *ordinis Militie templi* quocunque modo competebant, vel competere poterant, contra quoſcunque cujuſcunque dignitatis ſtatus vel conditionis exiſterent cum omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus & libertatibus quibus prefati Magiſter & fratres dictorum domus & *ordinis Militie templi* & ipſa domus & ordo per ſedem apoſtolicam vel per Catholicos Imperatores, Reges & Principes & fideles alios vel quocunque alio modo erant legitime communiti eidem ordini *Hoſpitalis ſancti Johannis Jeroſolimitani* & ipſi hoſpitali donavimus conceſſimus univimus incorporavimus applicavimus & annexinus in perpetuum de apoſtolice plenitudine poteſtatis, exceptis bonis quondam dicti *ordinis* ipſius *Militie templi* conſiſtentibus in Regnis & terris Cariſſimorum in *Chriſto* filiorum noſtrorum . . *Caſtelle* . . *Aragonum* . . *Portugallie* & . . *Maioricarum* Regum Illuſtrium extra Regnum *Francie* que a donatione conceſſione unione applicatione, incorporatione & annexione predictis, ſpecialiter excipienda duximus ac etiam excludenda. Ea nihilominus diſpoſicioni & ordinationi ſedis Apoſtolice reſervantes Inhibitionem dudum per alios proceſſus noſtros factam ne quis videlicet cujuſcunque conditionis vel ſtatus exiſteret ſe de perſonis & bonis hujuſmodi aliquatenus intromitteret vel circa ea in prejudicium ordinationis ſeu diſpoſitionis ſedis ejuſdem faciende de illis, nec non decreti noſtri interpoſitionem quo ad perſonas & bona in dictis

Regnis

Regnis & terris eorundem Regum proxime expreſſorum conſiſtentia omnino manere volentes in pleno robore firmitatis quouſque de perſonis & rebus predictis in eiſdem regnis & terris conſiſtentibus per diſpoſitionem ſedis ejuſdem fuerit aliter ordinatum. Occupatores quoque dictorum bonorum aut illicitos detentores, cujuſcunque ſtatus conditionis Excellentie vel dignitatis extiterint etiam ſi Pontificali Imperiali vel Regali preſulgeant dignitate niſi infra unius Menſis ſpatium poſtquam ſuper hoc, perdictos Magiſtrum & fratres ipſius hoſpitalis, vel ipſorum qnemlibet aut procuratorem ſeu procuratores eorum fuerint requiſiti dicta bona dimiſerint, illaque plene reſtituerint *ordini* ipſius *hoſpitalis* & eidem *hoſpitali* aut *Magiſtro* ſeu *Prioribus* vel *Preceptoribus* aut *fratribus hoſpitalis* ejuſdem in quibuſcunque partibus, & provinciis conſtitutis eorumque ſingulis vel procuratori ſeu procuratoribus eorundem ejuſdem *ordinis* ipſius *Hoſpitalis* nomine etiam ſi dicti *Priores Preceptores* & *fratres* ipſius *Hoſpitalis* & *procuratores* ipſorum & eorum quilibet a dicto *Magiſtro* ipſius *hoſpitalis* mandatum ſuper hec ſpetialiter non haberent dummodo *procuratores* predicti a dictis *Prioribus* & *Preceptoribus* vel eorum ſingulis in provinciis & partibus in quibus hujuſmo- *Priores* & *Preceptores* extiterint deputati, mandatum ſuper hec habuerint vel oſtenderint ſpetiale. Qui omnes & ſinguli videlicet *Priores* & *preceptores* & *fratres*, dicto *Magiſtro procuratores* vero predicti eiſdem *Prioribus* & *Preceptoribus* eorumque ſingulis a quibus ſuper hijs fuerint deputati plenum ſuper omnibus geſtis actis receptis & procuratis, per eos quomodolibet in hac parte computum & rationem reddere & ponere teneantur. Nec non omnes qui ſcienter occupatoribus & detentoribus prelibatis in occupatione, vel detentione hujuſmodi dederint auxilium conſilium vel favorem publice vel occulte excommunicationis, Capitula vero collegia ſeu conventus, eccleſiarum &

Digitized by Google

Monaſteriorum nec non univerſitates civitatum Caſtrorum villarum & aliorum locorum & ipſas civitates, caſtra villas & loca, que in hijs culpabilia extiterint, ac etiam civitates caſtra & loca in quibus detentores & occupatores hujuſmodi Dominium obtinuerint temporale ſi hujuſmodi domini temporales in dimittendo bona predicta, & reſtituendo illa *Magiſtro* & *fratribus ordinis* & *hoſpitalis* ejuſdem nomine *hoſpitalis* ipſius obſtaculum adhibebunt, & infra dictum Menſem ab hujuſmodi premiſſis non deſtiterint poſtquam ſuper hec ut premittitur fuerint requiſiti ipſo facto interdicti ſententiis, decernimus ſubjacere, a quibus abſolvi non poſſint donec ſuper hijs plenam & debitam ſatisfactionem curaverint exhibere. Et nihilominus occupatores & detentores hujuſmodi vel preſtantes eiſdem ut premittitur auxilium conſilium vel favorem ſive ſingulares perſone ſive capitula Collegia ſeu conventus eccleſiarum & Monaſteriorum aut univerſitates civitatum caſtrorum terrarum vel aliorum locorum extiterint, preter penas preſcriptas omnibus que a *Romana* vel aliis eccleſiis quibuſcunque tenebant in feudum ipſo facto decrevimus fore privatos ſive privata. Ita quod ad Eccleſias ad quas ſpectabant illa libere ſine contradictione aliqua reverterentur earumque eccleſiarum Prelati ſive Rectores de ipſis pro ſua voluntate diſponerent ſicut utilitati ipſarum eccleſiarum viderent expedire. Quocirca fraternitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus veſtrum per vos vel per alium ſeu alios prefatos *Magiſtrum* ſeu *Priores* vel *Preceptores*, aut *fratres hoſpitalis* ejuſdem, vel ipſorum quemlibet aut *procuratorem* ſeu *procuratores* eorum nomine *hoſpitalis* ipſius in corporalem poſſeſſionem dictorum *domus Militie templi*, ceterarumque domorum eccleſiarum Capellarum oratoriorum, civitatum Caſtrorum villarum terrarum Grangiarum & locorum poſſeſſionum

juriſ-

juriſdictionum reddituum atque jurium, omniumque aliorum bonorum immobilium & mobilium vel ſe moventium cum omnibus membris juribus & pertinentiis ſuis ultra & citra Mare ac in Univerſis & quibuslibet mundi partibus conſiſtentium que ipſe *ordo* & dicti *Magiſter* & *fratres* ipſius *ordinis Militie templi* predicto tempore hujuſmodi captionis eorum per ſe vel quoſcunque alios habebant, tenebant, & poſſidebant vel ad eoſdem *domum* & *ordinem Militie templi* & dictos *Magiſtrum* & *fratres* ipſius *Ordinis Militie Templi* quomodolibet pertinebant inducatis auctoritate noſtra, & defendatis inductos amotis predictis occupatoribus & detentoribus ac adminiſtratoribus & conſervatoribus in bonis ipſis auctoritate apoſtolica & quavis alia deputatis & quibuslibet aliis ab eiſdem eiſque faciatis de illorum fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis integre reſponderi. Occupatores ſeu detentores Adminiſtratores conſervatores & alios predictos niſi infra dictum terminum ut premittitur bona & redditus predicta dimiſerint illaque libere & plene reſtituerint *ordini* ipſius *Hoſpitalis* & eidem *hoſpitali* aut *Magiſtro* ſeu *Prioribus* vel *Preceptoribus* aut *fratribus hoſpitalis* eiuſdem in partibus & provincijs, ubi bona hujuſmodi fuerint, conſtitutis eorumque ſingulis vel *procuratori* ſeu *procuratoribus* eorundem ipſius *hoſpitalis* nomine ut ſuperius eſt premiſſum ac preſtantes occupatoribus ſeu detentoribus ac adminiſtratoribus & conſervatoribus hujuſmodi auxilium Conſilium auxilium vel favorem, ſi ſingulares perſone excommunicationis, ſi vero Capitula Collegia ſeu conventus vel univerſitates extiterint, & ipſas Civitates caſtra villas & loca que in hijs culpabilia fuerint ac etiam civitates caſtra & loca in quibus detentores & occupatores hujuſmodi Dominium obtinuerint temporale ſi hujuſmodi domini temporales in dimittendo bona predicta & reſtituendo illa *Magiſtro* & *fratribus hoſpitalis* ejuſdem ipſius *hoſpitalis* nomi-

ne

ne obſtaculum adhibebunt & infra dictum Menſem ab hujuſmodi premiſſis non duxerint ut predicitur deſiſtendum tamdiu Interdicti per nos Latis ſententiis ſubjacere & nihilominus omnibus bonis que a *Romana* vel aliis Eccleſiis quibuſcunque tenent in feudum fore privatos ſeu privata per omnia loca in quibus expedire videritis denuntietis & faciatis ab aliis nuntiari dictosque excommunicatos artius evitari donec ſuper hijs congrue ſatisfecerint, & abſolutionis meruerint beneſitium obtinere. Non obſtante ſi aliquibus a predicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Contradictores etiam alios ſiqui fuerint per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Volumus autem & apoſtolica auctoritate decernimus, quod a data preſentium ſit vobis & cuilibet veſtrum in predictis omnibus & ſingulis poteſtas & juriſdictio attributa ut ex nunc in eis & eorum quolibet ita libere procedere valeatis ac ſi eadem juriſdictio per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet & quaſi re non integra perpetuata prefata juriſdictione cenſeatur, quodque unuſquiſque veſtrum articulum per Collegarum ſuorum aliquem inchoatum felicis recordationis *Bonifacij* Pape VIII. predeceſſoris noſtri contraria conſtitutione ceſſante, proſequi libere valeat etiam eodem Collega, renuente nec impedimento aliquo prepedito quotiens & quando fuerit oportunum. Datum *Vienne* VI. Non. Maij. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

2. Maji.

a) Anno proxime elapſo *Magontiaci* celebratum eſt Concilium, in quo Cauſa *Templariorum* ventilata fuit, licet in ſtatutis *Petri* Archiep. de hac cauſa altum ſilentium. Vid. *Concil. Maguntina* ad an. 1310.

(b)

Digitized by Google

b) Synodum Germaniæ generalem ea de cauſa *Magontiaci* A. 1310. celebratam eſſe, certiſſimum. Comparebat hic *Hugo ex comitibus Rhenenſ. (Brudir Hug, der Wildgreue)* cum 20. fratribus ordinis militiæ templi, armatis & cataphractatis omnibus, ſynodum alloquens: *Se audiviſſe, ſynodum hanc pro ſubverſione ordinis militiæ templi eſſe convocatam, magna ſibi delicta & nefanda objectari, aures ſibi benevolas denegari, ſeque condemnari inconvictos. Hac de cauſa nomine ſuo & fratrum ordinis adpellare ſeſe ad futurum Pontificem, & Corpus univerſalis Eccleſiæ, proteſtari ſe contra quælibet ſibi præjudicantia, cum inſuper ſatis conſtaret, fratres medias inter flammas conſtantes, innocentiæ profeſſione pervicaces permanſiſſe.* Recipiebat hanc adpellationem *Petrus* AE. fato ordinis illuſtris mœſto gemitu parentans, fratresque mox inde liberos pronuntiavit. Cf. *Harzheim* Concil. Germ. T. IV p. 205. Hic *Hugo* non ipſe frater militiæ templi erat, ſed canonicus Capitularis *Magontiaci*, & frater carnalis *Friderici*, poſtremi magiſtri ſ. præceptoris domorum militiæ Templi per *Alemanniam & Slawiam*, ex *comitibus Sylveſtr.* adeoque nonniſi nomine & juſſu fratris ſui cauſam ordinis in ſynodo geſſit, eo quod fratres ipſi, metu imminentis ſibi fati ſimilis dictam ſynodum viſitare deſtiterant, latebrasque in domibus propinquorum & amicorum ſuorum quæſierant.

XIII.

Item littera eorum de Waldecke (a) *quod tenent quinque marcarum redditus ab Eccleſia Magunt. in feudum. An. 1311.*

Univerſis preſens ſcriptum viſuris innoteſcat, quod ego *Heinricus miles de Walthechin* tradidi & liberaliter aſſignavi per preſentes Rdo Dno ArchiEpiſcopo *Magunt.* & ſuis ſucceſſoribus quinque marcas cum dimidia bonorum denariorum, tribus *hallenſibus* pro denario computatis de bonis meis hereditarijs in *Keren* * quos quidem redditus quinque

* *Kirn.*

Digitized by Google

que marcarum cum dimidia ego prefatus *Heinricus* in feodum & tanquam homo ſeu fidelis a predicto Dn̄o Archi Epiſcopo *Maguntino* & ſuis ſucceſſoribus ſuſcepi promittens a predicto Domino ArchiEpiſcopo *Maguntino* & Eccleſia ſua ſeu ſuis ſucceſſoribus fide preſtita corporali predicta pro me & meis hereditarijs rata obſervari plenarie & inconvulſa. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum preſentibus duxi apponendum. Datum Anno Domini M°
25. Maji. CCC°, undecimo in feſto beati *Urbani* Martiris.

a) *Henricum militem* de *Waldecken* reperies Tom. VI. *Subſidior. Diplom.* p. 124. ubi agitur de jure patronatus in *Horen* & p. 126. 131.

XIV.

Item littera Domini de Kemping quod habeat decem marcarum redditus in feudum caſtrenſe in Lauecke. An. 1311.

Nos *Theodericus Dn̄us de Kemping* recognoſcimus & tenore preſencium publice profitemur Nos a Venerabili in *Criſto* Patre Dn̄o *Petro Archiepiſcopo Maguntino ſacri Imperij per Germaniam ArchiCancellario* recepiſſe trecentas marcas denariorum *Colon.* numeratas traditas & ſolutas nobis tribus *hallenſibus* pro denario computatis, pro quibus ſibi & Eccleſie ſue *Maguntine* triginta marcarum redditus in bonis noſtris que ad nos pertinent in villis *ſuperiori* & *inferiori Treyſe* & in decimis ibidem ad nos pertinentibus aſſignamus donantes, quarum decem pro Caſtrenſi feodo in *Lainſtein* & viginti alias marcas pro homagio ab eodem Domino Archiepiſcopo ſuſcepimus & eadem beneficia deſervire tenebimur & promittimus fideliter apud ipſum

Dn̄um

D'num ArchiEpiſcopum ſucceſſores ſuos & Eccleſiam *Maguntinam* ad perpetuum vite noſtre & ſi forte ſine heredibus decedere nos contingat, nobilis vir *Symon* frater noſter ac ſui poſt eum heredes eadem habere debent poſt nos beneficia & fideliter deſervire. (a) In cujus rei teſtimonium & certitudinem preſens ſcriptum noſtro ſigillo tradimus communitum in *Caſtello* (b) prope *Magunciam* Anno Domini Milleſimo CCC° XI° octavo Kalendas octobris. *24. Sept.*

a) Ex quo luce meridiana clarius veritas moris illius, in curia feud. *Magunt.* AEp'ali ab antiquiſſimis temporibus eluceſcit, nunquam fratres vaſali, *ſine ſpeciali Conjunctione manus*, ſ. ut nunc adpellant, *ſimultanea inveſtitura*, & *exſpectativa*, in feuda ſuccedere potuiſſe, id quod ſæpe hactenus materiam graviſſimis contentionibus Sæc. XIII. & XIV. in Archiepiſcopatu præbuerat. Ex chartis plusquam centenis mos hic, & ſtylus curiæ feud. AEpiſcopalis, Sæc. XIII. XIV. quæ ad manus ſunt, firmiſſime doceri poſſet. Sed graves & multæ in his rebus ævo ſeriori ſubiere viciſſitudines, quas recenſere & examinare hic non vacat.

b) *Caſſel* e regione Civitatis *Magontinæ*.

XV.

Item littera Conradi de Muſchenheim (a) *ſuper feudo Caſtrenſi. An. 1311.*

Ego *Conradus* dictus de *Muſchenheim miles* tenore preſencium publice recognoſco occaſione triginta marcarum denariorum *Colon.* tribus *hallenſibus* pro denario quolibet computatis a R'do Patre D'no *Petro ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopo* in numerata & parata pecunia receptarum predicto Domino ArchiEpiſcopo & Eccleſie *Magun-*

tine ſuper bonis meis proprietarijs infra ſcriptis in opido *Leiche* & terminis ejus ſitis videlicet decem jugeribus pratorum ſitis *by den Erlen*, Item uno jugere pratorum ſito retro *dem Schiropheim* & novem ſolidis *Colonienſium* denariorum cedentibus de tribus domibus in opido *Leiche* annui & perpetui cenſus aſſignaſſe, reſignaſſe tres marcas *Colonienſium* denariorum & aſſigno & reſigno preſentibus in hijs ſcriptis & eaſdem tres marcas nomine feodi quod dicitur *burglehen* ut ego & mei heredes ſucceſſuri ſumus in *Aſchaffinburg* perpetui Caſtrenſes a prefato D̄no ArchiEpiſcopo & *Maguntina* Eccleſia recipiſſe & ſuſcipiſſe jure & tytulo feodi quo ſupra perpetuo poſſidendas. Teſtes hujus aſſignationis & reſignationis ſunt *johannes* Decanus *Theodericus* Schultetus *Albertus* de *Lanegethe* armiger *Mengotus* Magiſter civium *Wiglo* carnifex & *Hermannus jude* ſcabini in *Leiche* ac *Conradus* dictus *Bado* officialis D̄ni ArchiEpiſcopi in *Sodele* & quam plures alij fide digni. In teſtimonium & firmitatem omnium premiſſorum meum ſigillum duxi preſentibus appendendum. Actum & datum Anno Domini Milleſimo trecentheſimo undecimo, Kalendas

1. Nov. Novembris.

a) *Conradus* miles de *Muſchenheim* cum fratre *Rychardo* inter teſtes legitur quando *Philippus* de *Falckenſtein* conſenſit ſuper conſtitutione altaris *Kunonis* Militis de *Belderſheim*. de *Gud.* T. III. p. 96.

XVI.

Item littera Johannis Schilling (a) quod habeat quatuor marcarum redditus in feudum caſtrenſe. An. 1312.

In Dei nomine Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ego *johannes* dictus *Schilling* hijs litteris recognoſco R̄dum D̄num meum D̄num *Petrum Archiepiſcopum Magunt.* me in

Digitized by Google

in opido ſuo *Lainſtein* & caſtro *Lanecken* acquiſiviſſe & recepiſſe in ipſius ſucceſſorum ſuorum & Eccleſie *Maguntine* Caſtrenſem & propter hoc michi dediſſe integre & complete quadraginta marcas, triginta & ſex ſolidis *hallenſium* pro marca qualibet computatis, pro qua pecunia eidem D~no *Petro* ſucceſſoribus ſuis & Eccleſie *Maguntine* in vinea mea propria dicta *der peyel in Byegen* ſita in terminis & campis ville *nedern-lainſtein* ſuper aquam & fluvium *Loyne* contra caſtrum *Lanecke* quatuor marcarum redditus conplecius demonſtravi preſentibus pluribus Caſtrenſibus ſchultetis & ſcabinis de Opido *Lainſtein* & villa jam dicta eoſdem redditus & poſſidendos per me & legitimos meos heredes jure & juſto tytulo Caſtrenſis feodi perpetuis temporibus affuturis a prefato Domino *Petro* ArchiEpiſcopo ſucceſſoribus ſuis & ab Eccleſia *Maguntina*. In cujus rei & premiſſorum teſtimonium has dedi litteras ſigillo D~ni *Rich.* de *Schonenburg* militis ad preces meas & procurationem *cum ſigillo proprio caream* (b) communitas, & Ego *Richardus* de *Schonenberg* preſentibus recognoſco me ad preces *johannis* predicti ſigillum meum pro teſtimonio predictorum huic pagine appendiſſe. Actum & datum Anno Domini Milleſimo CCC° duodecimo ſexto nonas Maji. *2. Maji.*

a) An. 1328. *Henricus Decanus Eccleſiæ S. Mauritii* diverſa in circuitu Oppidi *Lanſtein ſuperioris* ſita bona in emphyteuſin conceſſit ſtrenuo *Militi Joanni Schilling.* de *Gud.* T. III. p. 940.

b) Quid hæc phraſis ſtylo & more chartarum medii ævi importet, ſolide poſt *Scheidt Abh. Nachricht v. Hohen u. Niedr. Teutſch. Adel*, edocuerunt *Gercken Abh. üb. die Siegel. Th.* I. *Klüber Tr. v. dem Ritterweſen der alt. u. neu. Zeit. Th.* II. aliique. Res, ſine adcurata notitia ſtatus Germaniæ *der Siegelbarkeit, Siegelbürtigkeit, (Wapensgenoſſ)* &c. cognoſci nequit.

XVII.

Qualiter Caſtrum Schweinsberg (a) *debet eſſe aperibile Domino & Eccleſiæ Maguntinæ. An. 1312.*

Judices ſanctæ Moguntinæ ſedis recognoſcimus per præſentes, Nos infra ſcriptas litteras *Guntrami*, *Eberhardi* & *Guntrami* fratrum *militum Pincernarum de Schweinſberg*, veris eorum ſigillis pendentibus, de quibus in eiſdem fit mentio, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte vitiatas, vidiſſe ſigillas, quarum tenor talis eſt. Nos *Guntramus*, *Eberhardus* & *Guntramus* fratres *Pincernæ de Schweinſberg milites* recognoſcimus publice, & ad notitiam univerſorum cupimus pervenire, quod cum Reverendus in *Chriſto* pater Dominus *Gerhardus ArchiEpiſcopus Moguntinus* nos ac noſtros hæredes in caſtro ſuo *Amoeneburg* acquiſiverit in Caſtren. ſibi & ſuæ Eccleſiæ *moguntinæ* & propter hoc in inſtanti nobis demonſtraverit in bonis ſuis, duodecim Lib. redditus denar. *Marpurg*. habendos & poſſidendos, per nos & noſtros hæredes pro Caſtren. feudo ab ipſo domino noſtro, & Eccleſia *moguntina* nos eidem Domino noſtro ſucceſſoribus ſuis & Eccleſiæ *Moguntinæ* promiſimus & promittimus bona fide corporali noſtro juramento præſtito ſuper eo, quod eundem Dominum noſtrum ſucceſſores ſuos & Eccleſiam *Mogunt.* contra omnem hominem *nullo excepto* adjuvare tenebimur (b), cum omnibus bonis noſtris, ac toto poſſe, & impendere & facere conſilium, auxilium & juvamen. Præterea noſtro promiſimus juramento quod caſtrum noſtrum *Schweinſberg* eidem Domino noſtro, & ſuis officiatis & amicis, ſucceſſoribus ſuis & Eccleſiæ *Moguntinæ* manifeſtare & aperire tenemur quotiens voluerit, ad intrandum, exeundum, ſeque & ſuam Eccleſiam defendendum de ipſo contra om-

nem

nem hominem viventem, tanquam de proprio ſuo caſtro, & hoc ipſe nobis, tanquam aliis ſuis Caſtrenſibus facere tenebitur vice verſa. Ipſe etiam hoc nobis promiſit, quod tempore gwerrarum ſuarum ipſi caſtro noſtro ſic providere tenetur, in hominibus & expenſis ne damna aliqua incurramus, quoad perditionem caſtri noſtri eiuſdem. Et quod omnia præſcripta juramento præſtito ipſi Domino noſtro, ſucceſſoribus ſuis & Eccleſiæ *Moguntinæ* promiſimus & præſentibus promittimus inviolabiter obſervare. Nos ſi contra promiſſa noſtra hujuſmodi, vel aliquod eorundem veniremus, quod abſit, publice vel occulte, ex tunc in ipſo Domino noſtro, ſucceſſoribus ſuis & Eccleſia *Moguntina* recognoſcimus infregiſſe & contra juramenta noſtra feciſſe (c), In cujus rei teſtimonium, & majorem certitudinem omnium præmiſſorum, ſigilla noſtra præſentibus, quas ſuper eo conſcribi fecimus, ipſi quoque prædicto Domino noſtro dedimus, ſunt appenſa. Datum & Actum *Moguntiæ* in craſtino *Bonifacii*, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. In cujus viſionis evidens teſtimonium, ſigillum ſedis prædictæ appoſuimus huic ſcripto. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo duodecimo Decimo quarto Kalend. junii. *6. Jun.* *19. Maji.*

a) Caſtrum *Schweinſberg* medium inter *Amœneburgum* & *Homburgum* ad *Olmam*.

b) Vocabantur ejuſmodi feuda, quæ obligationem ſervitii contra quoſcunque, nullo excepto penes ſe habebant, feuda Ligia, de quorum natura mirifice hactenus inter Juris clientelaris Interpretes diſceptatum: ſed res in ſalvo eſt. Illuſtrant conditionem Vaſallorum ligiorum, *der Ledigmanne*, chart. 1273. ap. Rev. D. ab *Hontheim*. Hiſt. Dipl. Trev. T. I. p. 801. ſ. chart. *Gotfridi* de *Richenbach* dat. *Sifrido* AEp. *Mag.* 1237. ap. de *Guden*. C. D. M. T. I. p. 543. Item dicta ap. *Phil. Camerar. Horar. ſubſec.* P. I. c. 6. P. II. c. 59. ap. *Vicedom. ab Eckſtædt*, Comm. *de feud. ligiis* §. 11. ap. G. L. *Bœhmer*, diſſ. *de jur. ex ſtatu militari Germ.*

pen-

pendent. C. II. §. 4. ap. *Mettingh. Stat. milit. Germ. princ. & acceſſor.* &c. &c.

c) In aliis chartis exprimitur: *Erelois*, *Truwelois und Meineidig*; -- importabant hæc omnia amiſſionem famæ, honoris, juriumque *Germanicorum* inde dependentium; quæ diſpendia Natio *Germana* honoris avida plus quam mortem horrebat.

XVIII.

Item littera Wilhelmi comitis de Catzenelnbogen quod ſexaginta marcarum redditus in propriis bonis ſuis in feudum tenet. An. 1312.

Nos *Wilhelmus Comes de Catzenelnbogen* (a) publice recognoſcimus per preſentes quod pro ſexcentis marcis *Colon.* denariorum tribus *hallenſibus* pro denario quolibet computandis, quos a Venerabili Domino *Gerhardo* quondam *Maguntino* ArchiEpiſcopo recepimus & recepiſſe nos fatemur, qui nos in ſuum & Eccleſie ſue predicte caſtrenſem cum dicta pecunia conquirere cupiebat venerabili Domino noſtro Domino *Petro ArchiEpiſcopo Maguntino* ſexaginta marcarum redditus monete & denariorum eorumdem in proprijs villis noſtris infra ſcriptis videlicet in villa noſtra *Ruprechtshoven* quadraginta & in campo dicto *Santen* qui ſitus eſt in diſtrictibus ville noſtre *Huſen* viginti marcarum redditus qui ad nos jure proprietario pertinebant libere reſignavimus & preſentibus reſignamus & eoſdem redditus ſtrenuo viro *johanni Marſchalco de Lorche* ipſius Domini ArchiEpiſcopi nomine demonſtravimus in villis & locis ſupradictis, quos redditus ab eodem Domino *Petro Archi Epiſcopo* recepimus in feudum caſtrenſe eodem jure quo a predicto Domino *Gerhardo Archiepiſcopo* nobis conceſſum ex-

extitit ab ipſo & ſucceſſoribus ipſius apud caſtrum ſuum *Lainſtein* nobis & omnibus heredibus noſtris perpetuo obtinendum. In cujus rei teſtimonium & perpetuam firmitatem damus has noſtras litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum *Maguntie* Anno Domini M° CCC° XII. V^{to} Idus junij. *9. Jun.*

a) Conf. Compoſitio inter *Petrum* Archiep. & Comitem *Wilhelmum* de *Katzenelnbogen* in Cl. D. *Wenck Heſſiſche Lands-Geſchichte, Urkundenbuch*, p. 82 n. CXXVIII.

XIX.

Penſionarii monentur ad cenſus ſolvendos. An. 1312.

P. *Dei gracia Maguntine ſedis ArchiEpiſcopus ſacri Imperij per Germaniam ArchiCancellarius* diſcreto Viro *Officiali Prepoſiture Fritzlarienſis* ſalutem in Domino. Diſcrecioni tue committimus & mandamus, quatenus penſionarios & Cenſitos Eccleſie *Fritzlarienſis* moneas ut cenſus & penſiones predicte *Fritzlarienſi* Eccleſie debitos infra tempus competens per te moderandum perſolvantur eidem, alioquin ipſos ad hoc compellas auctoritate noſtra Eccleſiaſticam per cenſuram (a), contradictores & rebelles, ſi qui fuerint, per eandem cenſuram racione previa compeſcendo. Datum *Fritzlarie* Anno Dni M° CCC° duodecimo V° Idus Septembris. *9. Sept.*

a) De cenſuris ob debita infligendis vid. *Subſid. Dipl.* T. 3. n. 125. 129. quod reprobatur l. c. p. 88.

Digitized by Google

XX.

Littera ſuper ordinatione facta inter Dominum Petrum Archiepiſcopum Maguntinum, & Joannem Comitem de Cygenhain, qualiter habet villam Franckenhain in feudum a Domino. An. 1312.

Nos *Petrus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam archicancellarius.* Et nos *Joannes Comes de Cygenhain* recognoſcimus in his ſcriptis, quod inter nos intervenerunt & factæ ſunt ordinationes infraſcriptæ, videlicet quod nos *Petrus Archiepiſcopus* prædictus præfatum Comitem, propter grata & utilia quæ nobis fecit, & gratiora quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ *Moguntinæ* facere poterit ſervitia in futurum in unum Caſtrenſem hæreditarium in *Amoeneburg*, nobis & Eccleſiæ noſtræ *Mogunt.* prædicta conquirere cupientes, ſibi trecentas marcas denariorum *Colon.* aſſignavimus, dedimus & perſolvimus in pecunia numerata. Idem quoque *Joannes* in reſtaurationem dictæ pecuniæ, villam ſuam *Franckenhain* (a), cum omnibus ſuis pertinentiis, cujus proprietas ad eum & progenitores ſuos pertinuit, cum Conſenſu *Luckardis* uxoris ſuæ Legitimæ, & omnium hæredum ſuorum, nobis & Eccleſiæ noſtræ *Moguntinæ* reſignavit, transferens in nos & ipſam noſtram Eccleſiam *Moguntinam* proprietatis titulum, quem habebat in eadem villa, quam reſignationem & proprietatis translationem, nos *Joannes Comes* prædictus ſicut premittitur recognoſcimus nos feciſſe, eandemque villam *Franckenhain* nos Archiepiſcopus prædictus eidem *Joanni Comiti* reconceſſimus, in feudum Caſtrenſe obtinendum & poſſidendum a nobis, & ab Eccleſia noſtra *Moguntina*, pro viginti marcarum denar. *Colonienſ.*

nienſ. redditibus deſerviendis per ipſum fideliter in *Amoeneburgh*, quando & quoties ſuper eo fuerit requiſitus. Ita videlicet, quod in *Amoeneburgh*, cum requiſitus fuerit, nobis deſervire teneatur in expenſis propriis ut caſtrenſis, in aliis vero munitionibus noſtris cum ipſum requiſiverimus ut Caſtren. nobis noſtris non ſuis deſerviet in expenſis. Hoc adjecto, ſi prædictum Comitem requiſiverimus ut in *Amoeneburg* vel in aliis munitionibus noſtris, nobis pro defenſione noſtra, Eccleſiæ noſtræ, & ſubditorum noſtrorum, venire in auxilium cum pluribus ſuis amicis, illa ſervitia ſub noſtris nobis faciet expenſis atque damnis. Etſi in hujuſmodi ſervitiis noſtris aliquos captivaverit, illos nobis tenebitur preſentare, prædictus etiam Comes in omnibus noſtris & Eccleſiæ noſtræ neceſſitatibus omnes ſuas munitiones nobis aperiet ut nobis ſicut noſtræ propriæ ſint apertæ. Et erit adjutor noſter, & eccleſiæ noſtræ *Mogunt.* contra quoslibet noſtros injuriatores & inimicos, omni dolo & fraude excluſis, imperio & Domino *Ottone Landtgravio*, *terræ haſſiæ Domino*, duntaxat exceptis. Ita videlicet, quod in ſuis munitionibus noſtris pro nobis, & noſtris faciemus expenſis proprias, & ipſe in eiſdem ſuis expenſis nos juvabit. Nos quoque antedictum Comitem predictis imperio & Landtgravio ſimiliter exceptis, tanquam Caſtrenſem noſtrum tenebimus & juvabimus munitiones noſtras ſimiliter aperiendo eidem contra ſuos injuriatores & inimicos. Ut autem amicitia inter nos & dictum Comitem contracta inviolabilis perſeveret, adjectum eſt & actum expreſſe, ut ſi quid diſſenſionis inter officiatos & ſubjectos noſtros hinc inde de novo emerſerit, hoc per *Gerhardum Decanum Eccleſiæ Fritzlarienſis*, & *Joannem* dictum *Riedteſel militem*, ad hoc Electos, vel per alios ſi ipſi intereſſe non potuerint, quocunque caſu impediti, ad hoc per nos vel officiatos noſtros hinc inde eligendos, & per *Wernerum* de *Schweinsberg militem* pro me-

media perſona ad hoc electum, ſi prædictos Decanum & *joannem Riedteſel*, vel loco eorum ſubſtitutos diſcordare contingeret, decidetur in hunc modum, quod infra quindenam a die diſſenſionis ſeu exceſſus ſervabuntur placita, & infra menſem prædictæ perſonæ ad hoc electæ, ipſos exceſſus & diſſenſiones decident in amicitia vel in jure. De ipſis quoque exceſſibus ſecundum prædictorum deciſionem, pars excedens ſatisfaciet ex tunc infra menſem, alioquin pars ordinationem hujus modi obſervare recuſans, ad ſolutionem quinquaginta marcarum denariorum *colonienſium* tenebitur parti contra quam exceſſum eſt, infra menſem continuo ſubſequentem, & nihilominus fidei fractionem incurret ipſo facto, nec propter hoc inter nos prædicta diſſolvetur ordinatio, ſed firma ſicut prius perpetuis temporibus remanebit, & quod de uno exceſſu prædictum eſt de pluribus & ulterioribus exceſſibus, ſi ipſos quotieſcunque etiam fieri contigerit, erit obſervandum pro pœna non predicta quandocunque comittetur, alter noſtrum alterum, ſi ſtatuto tempore exoluta non fuerit, pignorare poterit ſine vara. Actum eſt præterea, ſi in terra alterius noſtrum clamor contra raptores vel ſpoliatores fieret improviſus, quod officiati noſtri hinc inde ad reſiſtendum illis debent fideliter ſe transferre. Eſt etiam adjectum quod ſi aliquis de predictis compoſitionibus Eccleſiaſticis vel etiam media perſona eccleſiaſtica decederet, loco recedentis, per nos aut officiatos noſtros hinc inde alius eligatur, infra menſem, ſub pœna quinquaginta marcarum *Colonienſium* de qua pœna ſi commiſſa fuerit, per partem in hoc caſu culpabilem alteri parti fiet, ſicut de alia ſupradicta pœna ſuperius eſt expreſſum, Nos quoque *Joannes Comes de Cygenhain*, ſupradictus renunciamus omni actioni & impetitioni, ſi qua nobis ex parte ipſius vel patris noſtri, vel etiam aliorum progenitorum noſtrorum contra præfatum Dominum noſtrum Dominum *Petrum Archiepiſ-*

co-

copum, vel Eccleſiam ſuam *Moguntinam*, quocunque modo competebat. In præmiſſorum omnium evidentiam & perpetuam firmitatem, Nos *Petrus Archiepiſcopus* & *joannes Comes* antedicti ſigilla noſtra appoſuimus, & apponi fecimus huic ſcripto. Acta ſunt hæc in *Amoeneburgh* Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Duodecimo XIIII. Kal. Octobris. *18. Sept.*

a) *Franckenhain* in Sede *Treyſa* prope *Ziegenhain*. Vid. *Diœceſ. Mog.* T. III. p. 270.

b) Exhibet hæc charta aliam negotii ſpeciem; Vaſallis perquam uſitatam; quandoquidem enim ſummam pecuniæ nomine feudi caſtrenſis a Domino acceperant, in reſtaurum hujus demonſtrabant bona propria, eaque in feudum offerebant, feudique lege ita recipiebant, ut ultra ſingulis annis nomine *des Burglehns*, *ſ. Burggülde* determinatam ſummam ex Camera Domini adquirerent; quod ſane negotium Vaſallis admodum lucroſum & pingue, nonniſi de bonis, Domino perquam opportune ſitis proceſſiſſe videtur. 2) *Diverſa indoles ſervitii feudalis caſtrenſis* inde probe explicari poteſt; ſervitium enim in caſtro, cujus quis caſtrenſis, propriis ſumptibus & expenſis, -- in aliis vero caſtris Domini, hujus ſumptu & denariis præſtabatur. Unde falſum ſimuleſſe adparet, ſervitia Caſtrenſium militum, illi duntaxat caſtro adſcripta fuiſſe, cujus quis reſidenciam & cuſtodiam ſuſceperat; ad ſerviendum vero in aliis caſtris, eos adigi non potuiſſe.

XXI.

Item littera Lutheri de Iſenburg, quod habeat curiam in Bedendorff in feudum caſtrenſe. An. 1312.

Nos *Lutterus D'nus de Iſenburg* (a) recognoſcimus in hijs ſcriptis quod ex eo quia venerabilis D'nus noſter D'nus *Petrus ArchiEpiſcopus Magunt.* in caſtrenſem ſuum conquirere nos cupiens ducentas libras *hallenſium* nobis aſſignavit

tradidit & perſolvit curiam noſtram propriam quam in villa *Bedendorp* habemus ſibi & Eccleſie ſue *Maguntine* reſignavimus in recompenſam prediĉtarum ducentarum librarum pro redditibus viginti librarum *hallenſium* & preſentibus reſignamus, quam curiam & quos redditus nobis idem D~nus noſter ArchiEpiſcopus reconceſſit in feodum caſtrenſe hereditarium quod vulgariter *ledig erbe Burglêhen* (b) nuncupatur obtinendum ab ipſo per nos ſucceſſoribus ſuis qui pro tempore fuerint & ab Eccleſia *Magunt.* & deſerviendum fideliter in Caſtro ſuo *Lanecke* in omnibus ſuis neceſſitatibus ſucceſſorum ſuorum ArchiEpiſcoporum *Magunt.* qui pro tempore fuerint & Eccleſie *Magunt.* prout ex tali tenemur feodo quando & quociens de hoc fuerimus requiſiti. Et fatemur nos prediĉtum caſtrenſe feodum ab ipſo recepiſſe tenere & fideliter deſervire debere modis & condicionibus ſupradiĉtis & promittimus diĉtam reſignacionem noſtram in judicio coram ſchulteto & judicibus prediĉte ville *bedendorſt* in qua diĉta curia ſita eſt publice & ſollempniter minorare. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum appoſuimus huic ſcripto. Datum Anno
29. Oct. Domini Milleſimo CCC° duodecimo IIII. Kal. Novembris.

(a) Anno 1323. Archiepiſcopus *Trevirenſis* Monaſterium *Schiffenbergenſe Teutonico* adunivit *Ordini*. Monaſterii bonorum non modica pars comprehenſa fuit ſub judicio *Hittenberg*; hujus judicii condomini novellæ plantationi ſuas dedere litteras, & quidem *Lutherus de Iſenburg* qui ait: *ſalvis tamen in perpetuum nobis & noſtris heredibus ſervitijs, libertatibus, hoſpitijs ac alijs juribus quibuſcunque, quæ nobis in diĉto Monaſterio & bonis ejuſdem ſitis in juriſdiĉtione ſeu diſtriĉtu, qui vulgariter* HittenbergerGericht *nuncupatur, ante incorporationem, ſubjeĉtionem nec non unionem prædiĉtas competebant ſeu competere potuiſſent.* An. 1323. Kal. julij.

(b)

b) i. e. *Feudum Caſtrenſe ligium, ab omnibus hæredibus maſculis ex æquo deſerviendum.* Vexas Interpretum, utrum *Erbeburglehn*, denotet promiſcuam, quæ in eo obtineat, ſuccedendi rationem, *der gemeinen Erblehne*, -- anne vero eo duntaxat denotetur ratio, quod ad *hæredes* tranſeat, ſed nonniſi *maſculos*, ex communi & nativa feudorum indole? jam hic non inquirimus. Ignaræ moris & loquelæ veteris, ſcholæ Interpretes. multos errores, ex his diſcordias, & graves contentiones Principum cum Vaſallis ſuis produxere.

XXII.

Item littera Hermanni de inferiori olmena ſuper feudo Maguntino. An. 1312.

Noverint univerſi preſencium inſpectores quod Ego *Hermannus* de *inferiori Olmen* filius quondam *Ottonis* militis armiger & *Katherina* uxor mea legitima recognoſcimus litteras per preſentes quod illud Caſtrenſe feodum quod a Domino Noſtro Reverendo ArchiEpiſcopo *Maguntino* obtinemus ſuper viginti quinque jugeribus terre arabilis ſitis in terminis ville *Vintherheim* prope *olmen ſuperiorem* mutamus & ponimus ſuper viginti jugera noſtra terre arabilis ſita in terminis ville *olmen inferioris* dicta *zu Ruchelnheymer velde* de ſcitu & voluntate *voltmari* militis officiati Domini noſtri ArchiEpiſcopi *Maguntini* predicti & ſcabinorum & juratorum *inferioris* ville *Olmen* ſupradicte. In cujus rei teſtimonium ſigilla honorabilium Virorum Domini *Heinrici* de *Rodenſtein* & *Volkmari* militis officiati predicti ad preces mei *Hermanni* & *Katherine* uxoris mee predicte preſentibus ſunt appenſa. Et nos *Heinricus* de *Rodenſtein* & *volkmarus* predicti recognoſcimus nos ſigilla noſtra ad preces *Hermanni* & *Katherine* predictorum preſentibus appendiſſe. Actum & Datum Anno D'ni Milleſimo CCC° XII° XVIII. Kalend. Decembris. *14. Nov.*

(a)

(a) *Concambia & mutationes bonorum feudalium*, res frequens olim. Requirebatur ad eorum ſubſiſtentiam & valorem a) Conſenſus Domini directi b) prævia Cognitio, arbitrium & taxatio valoris & qualitatis bonorum, ex parte juratorum, *(Feldgeſchworne,)* & ſcabinorum, c) nonnunquam & agnatorum, conjugis, liberorum &c. Magnam cum *hypothecis* adfinitatem in his rebus poſuerat prior ætas. Quid mirum? feuda pignus, & vades pro ſervitio, fidelitate & ſecuritate publica certiſſimi! —

XXIII.

Eccleſia in Waldertheym unita monaſterio Eberbach. An. 1312.

Nos *Frater Wilhelmus Abbas totuſque Conventus Eberbacenſis** *ordinis Ciſtercienſis Mogunt. Dyoc.* tenore preſencium recognoſcimus & ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod nos ob recognitionem benignitatis & gratie nobis & monaſterio noſtro facte per Reverendum in *Chriſto* Patrem & Dominum noſtrum Dominum *Petrum Archiep. Mog.* de conſenſu & beneplacito honorabilium virorum Decani & Capituli Eccleſie Majoris *Mog.* incorporatione ſeu unione Eccleſie parrochialis ville *Waldertheym* (a), cujus jus patronatus ad nos pertinet & ad noſtrum monaſterium predictum, pleno jure debemus & tenemur duas libras cere ad fabricam Eccleſie *Moguntine* predicte annis ſingulis in Vigilia beati *Martini* patroni dicte Eccleſie in perpetuum miniſtrare, dantes has litteras ſigillo noſtri monaſterij ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Datum Anno D̄ni M° CCC° XII° in feſto beate *Katherine* Virginis.

* in Rhingavia

25. Nov.

(a) Prope *Weinheim im Gau* in Satrapia *Alceienſi.*

XXIII. b.

XXIII. b.

Eccleſia in Waldertheim, incorporata monaſterio Eberbach.
An. 1312.

Nos *frater Wilhelmus Abbas & conventus monaſterij Eberbacenſis ordinis Ciſterc. Mag. dioc.* recognoſcimus & tenore preſencium ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quod cum eccleſia parochialis ville *Waldertheym* predicte dioc. cujus jus patronatus ad nos & monaſterium noſtrum predictum ſpectare dinoſcitur per Reverendum in *Chriſto* patrem & Dominum noſtrum Dnum *Petrum Archiepiſcopum Mog.* accedente conſenſu benivolo & expreſſo honorabilis viri Dni *Ottonis Decani & Capituli eccleſie Majoris Mogunt.* ob honorem & laudem Dei omnipotentis & amorem ſue genitricis *Marie* nobis & monaſterio noſtro prefato ſit incorporata liberaliter & unita, ac de jure religioſis viris ſacris prohibentibus inſtitutis eccleſias parochiales regere non liceat, ne eccleſia in *Waldertheim* predicta debitis & conſuetis officijs defraudetur & populus dicte parochie defectum in ſacramentorum amminiſtratione patiatur promiſimus & preſentibus ſollempniter promittimus quod ad eandem eccleſiam loci Prepoſito vicarium perpetuum preſentabimus prout de jure & conſuetudine debemus qui plebis curam gerat & divina ibidem peragat ut eſt moris nec non eidem vicario de proventibus dicte eccleſie tantam porcionem aſſignabimus de qua victum honeſtum habere hoſpitalitatem tenere, jura papalia epiſcopalia & Prepoſiti loci perſolvere aliaque onera incumbencia commode valeat ſubportare. Et ut hec omnia per nos & ſucceſſores noſtros perpetua firmitate inconvulſa teneantur, ſigillum monaſterij noſtri preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini MCCC duodecimo in feſto beate *Katherine* Virginis. 25. Nov.

XXIV.

Qualiter Thylo de Bola (a) *armiger habet redditus decem marcarum argenti in feudo Caſtrenſi a Domino & Ecclesia Magontina. An. 1312.*

Ego *Thylo* de *Bola armiger*, recognoſco publice in his ſcriptis, quod venerabilis in *Chriſto* Pater & Dominus meus, Dominus *Petrus Archiepiſcopus Moguntinus* me & hæredes meos poſt me, in ſuum hæreditarium acquiſivit Caſtren. in caſtro ſuo *Werdere*, (b) & propter hoc promiſit mihi demonſtrare redditus quatuor marcarum argenti ibidem, Ita quod ego cum pecunia mea propria comparare debeo redditus ſex marcarum argenti, ad prædictas quatuor marcas, & illas decem marcas ſive redditus illarum decem marcarum, ego, & poſt me mei hæredes in Caſtrenſe feudum in Caſtro *Werdere* prædicto, a præfato Domino meo archiepiſcopo, eius ſucceſſoribus, & Eccleſia ſua *Mogunt.* recipere tenebimur (c), & in omnibus ejuſdem Eccleſiæ *Moguntinæ*, neceſſitatibus ut Caſtrenſe fideliter deſervire. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum proprium duxi præſentibus appendendum. Datum Anno Domini milleſimo trecenteſimo duodecimo quarto nonas Decembris.

2. Dec.

a) Vide *Subſid. Dipl.* T. I. p. 421. ubi legitur *Theodericus de Bola armiger.*

b) Idem hoc, quod in priori charta *Giſelwerder.*

c) En tibi noviter ingenium feudale *Germanorum.* Dabat ad conſtituendum feudum Caſtrenſe, uterque, & Dominus & vaſallus, — dabant non prædia, ſed aſſignabant reditus; hoc pacto non prædia, ſed fructus feudalem qualitatem ſortiebantur. Sed multas hæc lites & jurgia poſtmodum cauſare ſolebant.

XXV.

Digitized by Google

XXV.

Fratres de Hanſtein (a) reſignant Archiepiſcopo Mag. aliquod feudum prope Northeim. An. 1312.

Reverendo Domino ſuo ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopo, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellario, henricus & Lupoldus fratres officiati ſui & caſtrenſes in Hanenſtein obſequioſam voluntatem ad eius beneplacita & mandata. Duos dimidios manſos in terminis villæ *Northeimenſis* cum tribus areis ibidem, quas inquam areas & manſos a veſtra in feudum tenuimus & tenemus gratia, vobis reſignamus litteras per præſentes, ſupplicantes humiliter & attente, ut prædictos manſos & areas cum ſuis pertinentiis, honorabilibus viris in *Chriſto* nobis dilectis, Domino Decano totique Capitulo Eccleſiæ *Northeim:* appropriare dignemini perpetuo & donare. Datum anno Domini Milleſimo trecenteſimo duodecimo Non. Decembris ſigillo mei *Henrici* cum *Lupoldus* frater meus adhuc ſigillo careat, ambo uſi ſumus. (b) *5. Dec.*

a) Uterque frater *Heinricus ſenior & Lupoldus de Hanſtein* in Charta an. 1308. occurrunt. de *Gud.* T. III. p. 49.

b) Adpendent tamen bina ſigilla, unius ſculpturæ.

XXVI.

Littera qualiter cambium eſt factum inter Dominum Archiepiſcopum Magontinum ex una, & Capitulum Eccleſiæ Northuſenſis parte ex altera, ſuper bonis ſitis. An. 1312.

Venerabili in Chriſto Patri ac Domino ſuo Reverendo ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopo, ſacri imperii per Germaniam

maniam Archicancellario, *Præpoſitus*, *Decanus*, *Scholaſticus*, *totumque Capitulum Eccleſiæ Northeimenſis* debitam obedientiam cum omni reverentia & honore. Noverit veſtra paternitas nos habere quædam bona in villis *Berkenuelde* & *Talewende*, cum ipſorum pertinentiis, de quibus propter locorum diſtantiam pabulationes importunas & varias angarias, pauperes dictarum villarum opprimentes nobis & Eccleſiæ noſtræ modicum, vel penitus nihil cedit. Unde timemus, quod poſt obitum Domini *Lupoldi* noſtræ Eccleſiæ præpoſiti, dicta bona diſtrahantur, qui ea diſtracta invenit, & magnis laboribus recuperavit. Præterea *Henricus* & *Lupoldus* fratres veſtri officiati & Caſtrenſes in *Hanſtein* tenent quædam bona de manu veſtra & gratia in feudo, in terminis ſita villæ veſtræ & Paroch. *Northeim.* quæ bona æquivalent noſtris bonis prædictis, quæ magis congruunt noſtræ præpoſituræ & Eccleſiæ *Northeimenſi*; quare de maturo conſilio noſtri capituli, & amicorum noſtrorum, convenimus cum dictis fratribus de *Hanenſtein*, & permutationem fecimus cum noſtris bonis in *Berkenuelde* & *Talewende*, & eorum pertinentiis, pro bonis ipſorum ſitis in terminis villæ & Paroch. *North.* quapropter paternitati veſtræ humiliter ſupplicamus, quatenus oppreſſiones noſtræ Eccleſiæ attendentes, permutationem dictorum bonorum pro utilitate præpoſituræ noſtræ & Eccleſiæ factam, dignemini approbare, & de benignitatis veſtræ benevolentia confirmare, bona in quam ſic permutata noſtræ præpoſituræ & Eccleſiæ approbare dignemini & donare: *Henricus* vero & *Lupoldus* fratres de *Hanenſtein* noſtra bona in *Berkenuelde* & *Talewende* ſic permutata a vobis & veſtra gratia vice verſa illorum bonorum in feudo recipient & tenebunt. Dicimus enim ea fide qua vobis & Eccleſiæ *moguntinæ* ſumus aſtricti, quod dictorum permutatio noſtræ præpoſituræ & Eccleſiæ eſt utilis, & in jure veſtro vobis nihil poterit deperire (a). In cujus

cujus rei evidentiam, nos *Lupoldus præpoſitus*, & *Capitulum* dictæ *Eccleſiæ Northeimenſis* noſtris ſigillis ſigillavimus præſens ſcriptum. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo duodecimo Non. Decembris. 5. Dec.

a) Qua clauſula Commiſſio alias ad inquirendum cauſam permutationis, ex ævi more reprimebatur.

b) Conferatur charta præcedens ſub num. XXV.

XXVII.

Qualiter Dominus Joannes Comes de Solmze (a) habet redditus X. marcas ſuper curia in villa Holtzhuſen in feudum a Domino. An. 1312.

Nos *Joannes comes de Solmze dictus de Spanheim*, univerſis ad quos præſentes pervenerint volumus notum eſſe: quod *venerabili Domino noſtro P. ſanctæ Mogunt. ſedis archiepiſcopo* ac Eccleſiæ ſuæ *Mogunt.* receptis ab ipſo Domino noſtro centum marcis *Colonienſ.* dedimus atque damus penſionem decem marcarum de curia noſtra in *Holtzhuſen* prope *Königesberg* (b), nobis ratione feudi Caſtrenſ. aut hæredibus noſtris, quod ab ipſo *Domino noſtro* & *eccleſia* ſua prædicta tenemus & habemus pro eo quod nos, aut hæredum noſtrorum alter, Domini noſtri Archiepiſcopi & Eccleſie ſuæ prædictorum in *Amoeneburg* Caſtrenſ. ſumus & eſſe debemus perpetuis temporibus & vaſallus annis ſingulis ſolvendarum, de qua quidem penſione tres marcas *Colonienſes* uni perſonæ quam præfatus Dominus noſter Archiepiſcopus, aut aliquis ſucceſſorum ſuorum in predicto loco *Amoeneburg* in locum noſtri ponendum duxerit pro Caſtrenſ. annis ſingulis in craſtino beati *Martini* Epiſcopi, nos autem hæredes noſtri tenebimur miniſtrare.

 quod

quod ſi non fecimus, ipſe ſaltem qui Locum & vices in *Amoeneburg* gerit noſtras, noſtra pignora capere poterit; in quo ipſum minus volumus exceſſiſſe (c). In quorum omnium firmitatem ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum anno Domini Milleſimo Trecenteſimo duodecimo, decimo quarto Kal. januarii.

19. Dec.

a) Confer. de *Gud.* T. III. p. 86. 145.

b) *Königsberg*, *Kungesberg* prope *Indaginem.*

c) *Pignorationum* licentia paſſim per omnes obligationum cauſas medio ævo diffuſa, magnam, ut poſtea compertum, reipublicæ *Germanicæ* turbarum & inteſtini belli materiem ſubſtravit, habuit ea res ſecuritatis forenſis privatæ quidem multum, ſed æque multum maligni publici. Ad libertatis *Germanæ* palladium in his cauſis plura relata ſunt, quorum abolitioni legali manibus poſtea, pedibusque obſtitit ſerior ætas ſæculi XV. Multa, nondum detecta, genii *Germanici* ſenſum in his rebus gnaviter exprimentia, loco, quem jam nuntiavimus, daturi ſumus.

XXVIII.

Item littera Hermanni D'ni de Hoenvels quod decem marcarum redditus tenet in feudum Caſtrenſe. An. 1313.

Nos *Hermannus Dominus de Hoenfels* conſtare volumus preſencium inſpectoribus a *Rd'o Dño Petro Epiſcopo Maguntino* centum marcas *Colonienſes* nos recepiſſe in hunc modum, quod ipſi Domino noſtro Epiſcopo aſſignare & oſtendere tenemur ſuper noſtrum verum allodium decem marcas annuales denariorum pro quibus decem marcis nos & noſtri heredes erimus ſui Caſtrenſes in *Ulma* (a) liberi & ſoluti, hanc aſſignationem ſeu reſignacionem fecimus *Gerhardo militi de Alſenz* in nomine Domini noſtri Epiſ-

Epiſcopi memorati ſcilicet ſuper noſtrum allodium in termino ville *Schembach* prata ac lacos a villa dicta *Hintterſdal* (b) ad ſemitam dictam *Rennipat* per que & ipſi *Gerhardo* ſufficere videbatur ſecundum judicium plebiſciti (c). In quorum teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini Milleſimo CCC° XIII. In Converſione *Pauli*. 25. Jan.

a) Hoc Caſtrum extat in *Niederolm* im *Gau*.

b) In chartis ſæpe vocatur *Interindal*, *Hitterſdal*.

c) Hoc *judicium plebiſciti* idem hic, quod ſupra *arbitrium juratorum & ſcabinorum*. Plebiſcitorum in hac regione noſtra jam in traditionibus ſub Carolidis vetuſtiſſima mentio. Vocantur & *Judicia comprovincialium*, *Judicia plebanorum*, *malli convicaneorum*, *judicia conſultaneorum*; ſpeciem ejus exhibebant *judicia Meinde*, i. e. *Almeinde*, ſ. communionis & cohabitationis paganæ. Reſignationes, Taxationes, arbitramenta, & traditiones curtium & bonorum, licet nobilium, licet illuſtrium perſonarum, ex more ævi ſemper in his plebiſcitis peractæ, eo quod rei ſitæ judicium prævaleret. Eggregia ſane multa dabimus olim, ſtatum juris & judiciorum medii ævi, Archidioeceſeos *Magont.* ex vaſtiſſima chartarum ſuppellectile elucubraturi.

XXIX.

Item littera Hertwici de Wuningen quod quinque marcarum redditus teneat in feudum Caſtrenſe. An. 1313.

Univerſis ad quos preſentes littere pervenerint Nos *Hartwicus de Wuningen miles & Lyſa ejus uxor*, cupimus fore notum quod cum *Rd'us in Chriſto Pater & Dominus noſter D'nus Petrus ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus* nobis quinquaginta marcas denariorum tribus *hallenſibus* pro denario quolibet computatis in numerata pecunia aſſignaverit

rit & exinde redditus quinque marcarum denariorum predictorum accepimus & hos ab eodem Domino noſtro ſuisque ſucceſſoribus univerſis nos & noſtri heredes ratione feodi Caſtrenſis in perpetuum teneamus in Caſtro de *Lanecken* (a), nos ergo dictos redditus quinque marcarum ſuper bona noſtra allodialia videlicet ſuper duas vineas ſitas in confinibus ville de *Wuningen* quarum una appellatur vulgariter *Grozzehelde* alia vero *ſtrant* mann communicata preſentibus advocato (b) & ſcabinis in *Wuningen Ebirhardo* dicto *brenner Wilhelmo* de *Nuwenheim* & dicto *Schilling* Caſtrenſibus dicti caſtri demonſtravimus & preſentibus demonſtramus. In cujus rei teſtimonium Ego *Hartwicus* predictus ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Actum & datum feria tercia poſt feſtum paſche Anno Domini Milleſimo CCC° decimo tercio.
17. Apr.

a) Caſtrum *ſuperiori Lanſtein* imminens, ubi *Lahna* a *Rheno* abſorbetur.

b) Semel pro ſemper dixiſſe hic ſufficiat, in *oppidis* archidiœceſeos *ſcultetos cum ſcabinis*, — in *pagis & villis advocatos* cum Scabinis, (*Vögte*) judicia efformaſſe; utriſque præeminuiſſe *præfectos*, (*Amtmann*) qui & nonnunquam *judicis provincialis* vices, nomine AE^pi, v. g. ille in *Starkenburg*, in *Bachgau*, in *Aſchaffenburg* &c. gerebant.

XXX.

Item littera Wilhelmi dicti Slaperhus de Rudenſheym, quod ipſe villam Bybelos (a) tenet in feudum ab Eccleſia Magontina. An. 1313.

Ego *Wilhelmus Slaperhus* de *Rudisheym armiger* tenore preſencium publice recognoſco me a *Venerabili Domino* *meo*

meo Petro ſanctæ Maguntine ſedis ArchiEpiſcopo ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellario & ab Eccleſia Maguntina villam Bibelos prope Starckenburg cum bonis & pertinentijs ſuis univerſis in feodo recepiſſe & fideliter deſervire debere. In cujus rei teſtimonium meum ſigillum appoſui huic ſcripto. Datum Aſchaffinburg Anno Domini Milleſimo CCC° decimo tercio II. Kalendas Septembris. 31. Aug.

a) Varia documenta de Biblis, Bibelos vid. in Dioec. Mag. T. I. p. 422. ſq.

XXXI.

Littera qualiter Dominus Petrus Archiepiſcopus Magontinus, & Comes de Waldecken ſunt concordati.

Nos Henricus Dei gratia Comes de Waldecken recognoſcimus, & tenore præſentium publice profitemur, quod nos, cum Venerabili in Chriſto Patre & Domino noſtro Domino Petro Archiepiſcopo Moguntino ſuper diverſis quæſtionum articulis inter nos & ipſum ſubortis, concordavimus in hunc modum. Primo quod Caſtrenſibus & Burgenſibus de oppido Nuenſtatt ſuper his quæ ipſis dinoſcimur abſtuliſſe in pecoribus & in equis, ſatisfacere omnino tenebimur, videlicet perſolutionem Ducentarum & quinquaginta marcarum denariorum colonienſium faciendam per nos Caſtrenſes & Burgenſ. antedictis ſecundum quod arbitri ſeu arbitratores inter ipſum Dominum Moguntinum & nos electi arbitrando pronuntiaverunt. Secundo, quod poſſeſſionem nemoris ſiti inter Caſtrum noſtrum Waldecke (a) & Nuwenburg ad præfatum caſtrum & oppidum Nuwenburg, ſicut ab olim pertinuit, liberaliter dimittemus, nullam eis inantea turbationem deſuper illaturi. Et ſi ab al-

H tera

tera parte petita fuerit deciſio ſuper eodem nemore, illa ſecundum terræ conſuetudinem, quæ *Landſleide* (b) vulgariter dicitur, finietur. Præterea caſtrum *Haldeſſen* ſicut *Theodoricus miles* & *Conradus armiger*, fratres de *Haldeſſen*, in pignore habuerunt, præfato Domino noſtro Archiepiſcopo *Moguntino* vel *Eccleſiæ Moguntinæ* dabimus liberandum ſeu etiam redimendum, pro tanta pecunia, quanta in litteris ſuper obligatione ipſius caſtri confectis habetur: Expenſas etiam & impenſas ædificiorum in eodem caſtro factorum, per nos ad gratiam ſaepedicti Domini noſtri Archiepiſcopi duximus committendas. Villam etiam *Calden* cum juriſdictione & alias villas ſitas ante nemus dictum *Reinhardtswaldt* (c), quas habemus in pignore pro certa pecunia, ſecundum formam litterarum ſuper eo factarum, dabimus redimendas eidem Domino noſtro Archiepiſcopo, vel Eccleſiæ *Moguntinæ* omnia quoque jura & bona pertinentia ad caſtrum *Gyſelwerdere* (d), quæ prædictus pater noſter aut nos quocunque modo alienaſſe dinoſcimur, recuperare tenebimur, & reddere integraliter huic caſtro. *Jacobo* etiam judæo *Fritzlar.* ſuper his quibus nos impetit, ſatisfacere tenebimur in amicitia, vel in jure. Ceterum ſuper damnis illatis per nos aut noſtros Caſtrenſes & amicis eiuſdem Domini noſtri Archiepiſcopi *Moguntini* conducentibus *ſancti Stephani Mogunt.* & *Fritzlar. Eccleſiarum Decanos*, inter *Fritzlar.* & caſtrum *Lewenſtein*, quicquid ſententia militum decreverit, faciemus. Præterea ut magis ſimus aſtricti præfato Domino noſtro Archiepiſcopo *Moguntino* & Eccleſiæ *Moguntinæ* viginti marcarum redditus in bonis noſtris liberis & ſolutis, ſitis intra terminos Caſtri noſtri *Waldecke*, *Fritzlar.* Oppidi, & Caſtri *Jageſberg* * poſtquam nobis de ſeptingentis & quinquaginta marcis denariorum *Colonienſium* quas Dominus noſter prædictus nobis deputavit accipiendas a civibus *Fritzlar.* fuerit ſatisfactum infra duos menſes tenebimur aſſignare, & recipe-

* Nunc *Jagerberg* dictum.

cipe-

cipere, nos & hæredes noſtri, ab eodem Domino noſtro Archiepiſcopo & eccleſia *moguntina* pro caſtrenſi feudo hæreditario a ſcripto caſtro *Nuwenburg* & fideliter deſervire. Et ſi eidem Domino noſtro Archiepiſcopo *Mogunt.* vel Eccleſiæ ſuæ placuerit caſtrum erigere in oppido *Fritzlar.* & ibidem nos & hæredes noſtros magis habere voluerit, pro Caſtren. ibi, ſicut in *Nuwenburg*, ut præmittitur, idem caſtrum feudum tenebimur deſervire. Omnes etiam munitiones & omnia caſtra noſtra debent patere in adjutorium ſæpedicto Domino noſtro Archiepiſcopo & Eccleſiæ *moguntinæ* contra omnes ſuos adverſarios, ſacro Imperio, nobilibus viris, videlicet, comite de *Marca*, & *Eberhardo* de *Bruberg* duntaxat exceptis. Et ſi aliquid emerſerit diſcordiæ vel etiam quæſtionis inter ipſum Dominum noſtrum Archiepiſcopum *Moguntinum* & ſuos & nos & noſtros ſuper eo, quilibet noſtrum unum arbitrum ſeu arbitratorem, vel etiam deciſorem infra menſem a tempore quæſtionis ſubortæ & motæ, producet ad diem placiti aſſignandam, qui ambo ipſam cauſam audient, in amicitia vel juſtitia deciſuri. Et ſi forte illi duo ex mandato ſpeciali utriuſque noſtrum in his ſcriptis expreſſo, tertiam perſonam habent eligere, quæ dictum & factum partis alterius approbare poterit & firmare, vel reprobare, vel etiam infirmare. Vt autem hæc noſtra conventio firma permaneat, & penitus inconvulſa, fideliter promittimus dantes fidem noſtram loco juramenti (e) omnia & ſingula prænotata firmiter & fideliter obſervare, omni fraude & dolo prorſus excluſis. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum ſigillo noſtro tradimus communitum. Datum *Aſchaffenburg*, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo tertio, pridie jdus Septembris. 12. Sept.

a) Comitatus *Waldeck*, verſus Septentrionem Epiſcopatum *Paderbornenſem* attingit, occidentem verſus Archiepiſcopatum *Coloniensem*, ab oriente & meridie conterminus eſt *Haſſiæ*.

b) Dicta *Landleite* in chartis, diverſa ab *Anleite*, & *Burgleite*, quæ *urbium finium regundorum judicium* efformabat. Solennitatem utriuſque moris, cui partes ex æquo ſtare oportebat, exhibet charta inter *Conſules Civit. Aſchaffenb. & Capit. Canonic. ibid.* ſuper jure decernendi controverſias limitaneas forenſes agri urbisque, 1312. quæ quantum reſcimus, typis nondum excuſa.

c) Erat hæc ſylva, tot poſtea contentionibus hoc Sæc. XIV. inter *Magontinos*, *Haſſosque* vexata, de qua conventiones, lauda, & arbitramenta, ſententiæ &c. ſpeciatim ſub *Henrico Virneburgico*, & poſtea *Gerlaco* A'Epis *Maguntinis* fere innumera.

d) Vocabatur & *Caſtrum Inſulæ*, in ſolo nativo & patrimoniali A'Eporum *Mag.* in terra *Haſſiæ* exſtructum, multis in hiſtoria patria *Haſſiacaque* de eo contentionibus, rebusque actitatis celebre, nunc ruinis, ſentibus, ſpinisque horridum.

e) *Comites* & *Dynaſtæ* principum inſtar, fidem ſuam adſtringebant loco juramenti, *(ſie gelobten nur.)* *Nobiles* jurabant, *(ſie ſchwuren)* — *Cives* & *Ruſtici* utrumque fidei teſtandæ cauſa peragebant; *(ſie gelobten und ſchwuren.)*

XXXII.

Qualiter Guntramus miles dictus Fouth de Fronhuſen (a) *habet bona ſua ſita in villa Herliſheim & in ejus diſtrictu in feudum quod dicitur Manlehen a Domino. An. 1313.*

Nos *Guntramus miles dictus de Fouth von Fronhuſen*, nec non *Eliſabeth Conthoralis ipſius militis legitima*, recognoſcimus publice in his ſcriptis, & conſtare volumus univerſis, quod *Reverendum in Chriſto patrem ac Dominum Petrum*, *ſanctæ Moguntinæ ſedis archiepiſcopum*, ſucceſſores ſuos ac Eccleſiam *Mogunt.* nobis in perpetuos Dominos & fideles cupientes acquirere & nanciſci, eidem Domino noſtro *Petro* Archiepiſcopo, ſucceſſoribus ſuis, & Eccle-

ſiæ

ſiæ *moguntinæ* bona noſtra ſita in villa *Herlisheim*, & in diſtrictu villæ ejuſdem bona voluntate ac matura deliberatione prædeſtinata, cum unanimi & mutuo conſenſu reſignavimus, quæ bona noſtra fuerunt propria, uſque modo, recipientes ipſa bona a præfato Domino noſtro *Petro* Archiepiſcopo vel ſucceſſoribus ſuis qui pro tempore fuerint titulo juris, quod vulgariter *Mangutt* (b), perpetuis temporibus poſſidenda, ac ad hæredes futuros noſtros ulterius nobis ſublatis de medio, devolvenda, qui hæredes noſtri dicta bona ab Archiepiſcopo *Moguntino* qui pro tempore fuerit in Eccleſia ſua *Moguntina* prædictis modis & juris titulis, quibus nos ea poſſidere noſcimur poſſidebunt. Proviſo inſuper mihi *Eliſabeth* prædictæ, quod *Guntramo* marito meo prætacto defuncto dicta bona habebo a Domino Archiepiſcopo *Moguntino* vel ejus ſucceſſoribus, ut præmittitur, & poſſidebo ad tempora vitæ meæ: me quoque mortua ad hæredes meos legitimos devolventur (c). In quorum omnium perpetuam firmitatem, una cum ſigillo mei *Gunterini militis* prædicti, cum ſigillo civitatis in *Marpurg* præſens ſcriptum petivimus confirmari. Nos quoque Scabini in *Marpurg proteſtamur* nos a prædictis *Gunterino* & *Eliſabeth* rogatos, ſigillum noſtrum præſentibus appendiſſe. Datum anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo tertio, octavo Kalend. Decembr. 24. Nov.

a) Hæc familia *Vogt de Fronhuſen* notatur in diſcordia *Magontino-Haſſiaca* ad arbitros delata; de *Guden.* T. III. p. 219.

b) *Mann*, homo, vaſallus.

c) Largior in feudis oblatis conditionis ſucceſſoriæ ratio deprehenditur, non tamen adeo ſui valitura momento, ut *extra Caſum ſpecificæ expreſſionis & reſervationis in litteris reſignationis factæ*, continuo ſtatui queat, omnia feuda oblata, *ipſo jure*, promiſcuam *ſuccedendi* rationem continere; id quod pluſquam trecentis chartis refellitur. Cæterum revera hic indigitatur *feudum ratione ſucceſ-*

ceſſionis promiſcuum; a quo diſtinguendum aliud negotium feudale, *quo uxori ſuperſtiti in feudo oblato mariti nonniſi vidualitium conceditur, & reſpective reſervatur*; cujus indolis plures eo ævo teſtationes.

XXXIII.

Bannus judicialis ſuper domo quadam in curia Comitis & quidem tertius conquiritur. An. 1314.

Nos *Crafto Sculthetus. Emercho Emecho* dictus *Scubele Nycolaus* & *Salmannus judices ſeculares Mogunt.* preſentibus literis profitemur & conſtare cupimus univerſis, quod cum anno Domini M. CCC°. XIIIJ. feria quarta proxi-
16. Jan. ma poſt octavam *Epiphanie* domini in Curia reverendi patris & Domini noſtri Archiepiſcopi *Mogunt.* in loco conſueto (a) & ſolito judicio reipublice que *ungebodending* vulgariter dicitur ſollempniter preſideremus *Sophia* uxor, dicti *Kaufman* filia *Johannis* dicti *Hauerſak* ſutoris, civis *Mogunt.* ſuper domo quadam in curia Comitis juxta domum *Arnoldi Scriptoris* de cujus fundo octo ſolid. denariorum *Colonienſ.* pro media parte in feſto *Nativitatis domini* & pro reliqua media parte in feſto *Nativitatis S. Johannis Baptiſte domino Johanni Pincerne Eccleſie Mogunt.* annuatim cenſus nomine ſolvendi ſunt me *Emechone* dicto *Scubele* Judice ſupradicto premiſſa publicante, poſt primum & ſecundum Bannos ſuos coram nobis rite de una celebratione reipublice ad aliam, ſine intervallo in dotem ſive in donationem propter nuptias, optinenda rite primitus conquiſitos. Tercium Bannum ſuum ſuper antedicta domo, impedimento contradictione & reclamacione cujuslibet hominis non obſtantibus conquiſivit & ſuper eadem domo a nobis confirmata extitit per ſentencias judiciarias prout *Mogunt.* conſuetudinis eſt & juris, preſenti-

bus

bus & aſſiſtentibus *Nicolao Heilmanno Jacobo* & *Heilmanno Advocatis*, *Hartwino Borggravio*, *Criſtiano Anzone*, *Benmundo* & *H.* dicto *Langnaſe Budett*, ac alijs quam pluribus fide dignis civibus *Mogunt.* In cujus facti teſtimonium ac debitam firmitatem preſentes literas nos *Crafto ſcultetus* & *judices* ſupradicti preſentes literas ſigillis noſtris tradimus communitas, Anno & die ſuperius annotatis. (b)

a) *Auf dem hof, vor des Biſchoffs hof bey offenſitzendem Gericht*, ubi mallus adhuc extat.

b) Larga hic de judiciaria hac *Magontinenſium* antiquitate dicendi occaſio, de qua adlaris in rem chartis jam varie diſſeruit de *Gudenus* diſſ. de judicio ſæc. *Magont.*. (inſerta T. II. *Cod. Dipl. Mag.*) *Bannorum ſolennitates*, *habitus & jura* hic loci vero, explicavit, quod ſciam, nemo. Dabimus igitur, quæ vetuſtiſſima deſuper momenta ad manus ſuppeditarunt. *Bannus* hic loci denotat *evocationes & propinquorum*, *& creditorum*, *aliorumque qui in bonis alienandis*, *transferendis*, *permutandis*, *ex quocunque capite*, *vel reali*, *vel perſonali jura ſe habere prætendunt*, *ad comparendum condicto tempore in judicia*, *exponendumque*, *ſi quod habent*, *ſub præjudicio*, *jus ſuum*. Neceſſitatem banni declarandi ſtatuerat prior ætas, quo *firmior* a judicio civico, *poſſeſſio*, & *warandatio* transferri, in eamque novus emtor immitti poſſet. Inveſtituram enim & warandationem, *die Einwährung*, *Wehrſchafft*, ſequebatur demum *Confirmatio per intabulationem in librum civitatis*, *(Schribung in das Stedebuch)*. Deputabatur a ſculteto & Camerario ad decernendos & publicandos bannos qualibet vice unus ex quatuor judicibus ſæcularibus, quos nunc *aſſeſſores* vocant, decernebantur *banni tres*, juſto & æquali ſpatio a ſemel diſtantes; quilibet in *celebratione reipublicæ*, quam *Ungeboden ding* vocabant, quarum, ſine admallatione, ſ. citatione prævis per annum tres habitæ. Publicatio fiebat olim *oraliter per vocem præconis*, ſtantis ante judices ſub dio ſedentes ante curiam Archiepiſcopi *of dem hobe*, (quem locum lapis ille ferro obrectus, antiquariis noſtris multum hucuſque ænigmaticus, lucide deſignat), de formula ipſa concepta non conſtat, nec unquam in documentis ejus occurrit expreſſio. Præconiſtæ publicationis litteras teſtimoniales ſemper ille, cujus rogatu facta, ſibi expetebat. Continebat

nebat igitur hic bannus confirmationem negotii, & immiſſionem emtoris alteriuſve in prædium &c. In ſpecie, qui bannum *tertium* conquiſiverat, i. e. rogatu ſuo ejus publicationem obtinuerat, eo celebrato, dictantibus judicibus, & ſcabinis quatuor civitatis, *Dominium & poſſeſſionem quiritariam Magontinam* ſolenni judicio obtinuit, id quod per modum *eines Weisthums* conceptum. (Dabimus plures ejuſmodi judicum & ſcabinorum demonſtrationes, ſpeciatim ex ſæc. XIV. dum ſtatum *Magontiæ* judiciarium omnis ævi, ex largo monumentorum promo condo luci exponemus. — Sæc. XV. antiquata illa *vox præconis*, eique ſubrogata *ſcriptæ publicationis ratio, per adfixionem ad valvas curiæ*, verbis breviſſimis facta v. c. *Henchin Snyder kaufft um Peter N. ſin hus up der* NN. *gazzin. vnd erteilt man ime den erſten Bann.* Perſonis, quibus interdicta Immobilium adquiſitio, conceſſa ſpeciali gratia Archiepiſcopi, concedebatur ſimul reſcriptum ad judices, *ihm darüber die gewöhnliche Bänne durchgehen zu laſſen.* Sæc. XVI. intermiſit hic mos per bannum procedendi, attamen reſcriptis & ordinationibus Elect. pluribus, ejus conſervandi & reintroducendi juſſus emanabat. At vero Sæc. XVII. omnis ejus memoria, partim uſu forenſi, partim legibus novioribus judicii, bannorum neceſſitatem nec quidquam urgentibus evanuit, eo quod immiſſionis ex triplici decreto, germanis quondam adeo communis, ratio, in LL. Impp. partim ſublata, partim confirmationum, & publicarum ex valvis denuntiationum, quæ adbreviatos tres terminos ſimul continebant, ſtylus forenſis invaluerit. —

XXXIV.

Item littera Heinrici de Selſe ſuper feodo in Ockenheim (a) *deſerviendo. An. 1314.*

Ego *Heinricus* de *Selſin* de *Ockenheim* tenore preſencium publice recognoſco quod *R^do in Criſto Patri & D^no Petro Dei Gratia Archiepiſcopo Maguntino* & Eccleſie ſue ac ſucceſſoribus ſuis pro triginta marcis denariorum *Colon.* tribus *hallenſibus* pro denario computandis, quas ab eo recepi in pecunia numerata in bonis meis proprijs & here- ditarijs

Digitized by Google

ditarijs videlicet in *Ockenheim in der Aldenhelden* in ſuperiori parte quinque jugera vinearum *uff an de lande eyn zwey deyle offe de linadunge an der heldin eyn zwey deyle*, hec predicta bona pro tribus marcis redditũum aſſignavi pro Caſtrenſi feodo ab ipſo meo predicto tenendo *Domino* & *Eccleſia Maguntina* adiciens premiſſis quod ſi forte heredes maſculos non habemus, quod filia mea quam nunc habeo ſuccedat in Caſtrenſi feodo, teneor etiam & promitto Caſtrenſis *Domini noſtri* predicti & *Eccleſie Maguntine* eſſe in *Ockenheym* prout moris eſt & conſwetum illud deſervire & quia proprio ſigillo careo viros nobiles Dominos *Arnoldum de Schonenberg* & *Arnoldum rubeum milites* rogo ut ſigilla ſua preſentibus apponant. (b) Et nos *Ar.* & *Ar.* predicti ad preces dicti *Heinrici* ſigilla noſtra preſentibus in ſignum veritatis duximus apponenda. Datum anno Domini Milleſimo CCC° XIIII. feria quarta ante purificationem beate *Marie* Virginis. 30. *Jan.*

a) Ab *Algesheim* diſtat duobus horæ quadrantibus. In extremitate hujus villæ *Ockenheim* adhuc caſtri rudera cum foſſis conſpiciuntur.

b) Quæ illuſtrationi hujus chartæ inſervire poſſent, præoccupavimus jamdum in anteced. &c.

XXXV.

Item littera Wilhelmi dicti Ulner caſtrenſis in Beckelnheim. (a) *An. 1314*

Noſcant cuncti quos noſcere fuerit oportunum, quod Ego *Wilhelmus* dictus *Ulner Armiger* in Caſtro *Beckelnheim* recognoſco a *Venerabili in Chriſto Patre Dno Petro ſancte Maguntine ſedis ArchiEpiſcopo* triginta marcas denariorum

I Co-

Colon. quemlibet denarium pro tribus bonis *hallenſibus* computandum me pro feodo Caſtrenſi in *Beckelnheym* mihi ab ipſo conceſſo & recipiſſe pro quibus triginta marcis prefato *Domino meo ArchiEpiſcopo* redditus trium marcarum ſuper bona mea ſita in villa *Vornenvelt* in hijs ſcriptis aſſigno videlicet decem & novem jugera terre arabilis in locis ſubſcriptis, primo in loco *Bremstal* quatuor jugera, Item ſuper vineam ibidem ſex jugera, item in loco dicto *Ortbrunnen* unum juger, item in loco *Budensheimer dail* unum juger, item in loco dicto *uff Grieſe* quatuor jugera, item in loco dicto *Stelzwiler dail* duo jugera apud *Franckonem*, Item in loco dicto *Widelsheimer wege* unum jugerum apud *Muglinum*, hec omnia bona preſcripta ſub juramento ſculteti nec non ſcabinorum predicte ville *Vornenvelt* ad valorem trium marcarum annuatim ſunt eſtimata, & quia proprium ſigillum non habui ſigillo ſtrenui militis D'ni *Sifridi Ringravij* Caſtellani predicti Caſtri *Beckeinheim* uſus ſum in hac parte (b). Nos *Sifridus Ringravius* ad peticionem *Wilhelmi* dicti *Ulner* jam notati ſigillum noſtrum in teſtimonium premiſſorum preſentibus duximus appendendum. Actum & Datum in Caſtro *Beckelnheim* anno Domini Mil-
25. Apr. leſimo CCC° XIIII. in die beati *Marci* Ewangeliſte.

a) Præfectura *Beckelheim*, in qua caſtrum nuper a Gallis everſum ſuis horret ruinis, *Navam* fluvium inter & tractum ab *Hunnis* plerumque nuncupatum ſita eſt.

b) Certiſſimum hoc ſæculo, *Sigillum* bonorum poſſeſſioni adhæſiſſe, multosque egregie nobiles, quibus vel allodia, vel feuda ex propriis oblata non fuere, nec proprium habuiſſe ſigillum. Sigillo enim ſola feudorum caſtrenſium conceſſio, aut exſpectativa &c. non ſemper ſuffecit.

XXXVI.

XXXVI.

Item littera quod Johannes Ulner teneat feudum Caſtrenſe in Beckelnheim. An. 1314.

Noſcant Cunĉti, quos noſcere fuerit oportunum, quod ego *johannes* dićtus *Ulner* (a) *miles in Beckelnheim* recognoſco me a *venerabili in Criſto Patre D'no Petro ſanĉte Maguntine ſedis ArchiEpiſcopo* triginta marcas denariorum *Colon.* quemlibet denarium pro tribus bonis *hallenſibus* computandum pro feodo Caſtrenſi in *Beckelnheim* michi ab ipſo conceſſo recipiſſe pro quibus triginta marcis preſato *Domino meo ArchiEpiſcopo* redditus trium marcarum ſuper bona mea ſita in villa *Bois* in hijs ſcriptis aſſigno, videlicet redditus quatuordecim maldrorum avene *Pingwenſis* menſure de bonis ſitis *an dem boshard*, Item redditus triginta pullorum cum quatuor caponis in villa dićta *Bos*, Item ſervicium quod vulgariter dicitur *Acht* (b) in villa predićta, Item unam vineam ſitam in terminis ville dićte *Studernheym* dićtam *an dem Diſtelberg*. Hec omnia bona predićta ſub juramento ſculteti nec non ſcabinorum predićte ville *Bos* ad valorem trium marcarum annuatim ſunt eſtimata (c), & quia proprium ſigillum non habui ſigillo ſtrenui militis D'ni *Sifridi* Burggravij predićti Caſtri in *Beckelnheim* uſus ſum in hac parte. Nos quoque *Sifridus Burgravius Ringravius* ad peticionem *johannis* dićti *Ulner militis* predićti ſigillum noſtrum in teſtimonium premiſſorum preſentibus duximus appendendum. Aćtum & Datum in Caſtro *Beckelnheim* anno Domini Milleſimo CCC° XIIII. in die beati *Marci* Ewangeliſte. *25. Apr.*

a) Conf. de eo *Joannis Spicilegium* pag. 186. & 187.

b) *Acht* dicuntur operæ, quæ *jure communitatis* debentur, (*Gemeindsfrohne*) inde *ochten*, ad traćtum Rheni inferiorem uſitatum.

Digitized by Google

Achtwort, *Echtwort*, jus communitatis paſcendi. &c. Cf. *Erath hiſt. Nachr. v. dem Erbtheil. des Hauſes Braunſchweig Lüneb. S. 117: fgg.* not.

c) *Sub juramento æſtimare*, non indigitat, æſtimationi ſpecialiter acceſſiſſe juramentum ſculteti & ſcabinorum, ſed æſtimationem factam fuiſſe *auf ihren Eid.*

XXXVII.

Item littera Emichonis dicti Wolff ſuper feodo in Beckelnheim deſerviendo. An. 1314.

Noſcant Cuncti quos noſcere fuerit oportunum, quod ego *Emecho* dictus *Wolffelin miles in Beckelnheim* (a) a *venerabili in Criſto Patre Domino Petro ſancte Maguntine ſedis ArchiEpiſcopo* triginta marcas denariorum *Colon.* quemlibet denarium pro tribus bonis *hallenſibus* computandis pro feodo Caſtrenſi in *Beckelnheym* michi ab ipſo conceſſo recipiſſe me cognoſco, pro quibus triginta marcis prefato *Domino meo ArchiEpiſcopo* redditus trium marcarum ſuper bona mea ſita in *Alczeia* in hijs ſcriptis aſſigno videlicet quartum dimidium jugerum in valle dicta *bugurer dayl*. Item unum jugerum in loco dicto *dalweg*, item unum duale apud S. *johannem*, item in loco dicto *uff Franckenſtrazze* novem quartalia jugeris, item unum duale in loco dicto *an dem pfade gein Weiſdas*, Item unum juger juxta viam dictam *Ergerſheym weg*, Item unum juger in loco dicto *an dem Underzehenden*, Item unum juger in loco dicto *by dem duphuſe*, Item unum juger in loco dicto *Steinbrunnen*, Item unum duale in loco dicto *Zegeburn*. Hec omnia bona preſcripta ſub juramento ſculteti nec non ſcabinorum predicte Civitatis *Alczeye* ad valorem trium marcarum annuatim ſunt eſtimata, & quia proprium ſigil-

lum

lum non habui ſigillo ſtrenui *militis* Domini *Sifridi Ringravij Burggravij* predicti Caſtri *Beckelnheym* uſus ſum in hac parte, nos quoque *Sifridus* Ringravius ad peticionem predicti *Emichonis* militis dicti *Wolfelin* ſigillum noſtrum in teſtimonium premiſſorum preſentibus duximus appendendum. Datum & actum in Caſtro *Beckelnheim* Anno Domini Milleſimo CCC° XIIII° in die beati *Marci* Ewangeliſte. *25. Apr.*

a) Caſtrum *Beckelheim* natura & operum molitione firmiſſimum Burgravii, Nobiliumque defenſorum, quos *Caſtrenſes* priſci dicebant, curæ fuit concreditum.

Non paginam, ſed librum pene merentur acta in & circa hoc caſtrum *Beckelnheim*, diffidationibus & prædationibus nobilium ibi graſſantium toti late regioni ibidem admodum grave & horridum. Ex hoc caſtro direpti jam olim, quos non nomino, plures, perfidiæ & latrocinii pœnam dedere; in ipſorum Caſtrenſium numero rapaces ejuſmodi graculos fuiſſe, quis exiſtimaverit? Attamen revera non unus, ſed uno anno quatuor fuere.

XXXVIII.

Item littera Johannis Comitis Seynenſis (a) *ſuper viginti marcarum redditibus. An. 1314.*

Ad perpetuam rei memoriam. Nos *johannes Dei gratia comes Seynenſis* recognoſcimus in hijs ſcriptis publice proteſtando *R^dum D^num noſtrum Petrum Archiep. Mog.* nos in ipſius ſucceſſorum ſuorum & *Eccleſie Maguntine* acquiſiviſſe hereditarium Caſtrenſem in opido ſuo *Lainſtein* & propter hoc nobis dediſſe ducentas marcas *Colon.* denariorum tribus *hallenſibus* dativis pro denario quolibet computatis ita ſane, quod nos eidem *Domino Petro Archiepiſcopo* ſucceſſoribus ſuis & *Eccleſie Maguntine* pro dictis

ducentis marcis demonſtrando aſſignavimus in duabus curijs ſive curtibus noſtris proprijs, quas habemus in villis *Engirſche* & *Erliche* redditus viginti marcarum *Colon.* denariorum warandie prenotate, quos quidem redditus reſignavimus prefato *D'no noſtro Petro Archiepiſcopo* ſucceſſoribus ſuis & *Eccleſie Magunt.* in preſencia ſtrenuorum virorum *Richardi* de *Schonenburg* & *Heinrici* dicti *Honswin militum Wilhelmi* de *Nuwenheym* & *jacobi* dicti *Bune* Caſtrenſium in *Lainſtein* & ſcabinorum dictarum villarum & aliorum multorum ydoneorum virorum ad reſignationem hujuſmodi vocatorum ſecundum quod ibidem eſt moris juris & conſwetudinis approbate tenendos & poſſidendos a nobis & heredibus noſtris qui per decurſum temporis in Comitatu *Seynenſi* legaliter nobis ſucceſſerint tytulo & jure Caſtrenſis feudi ex collacione prefati *D'ni noſtri P. Archiepiſcopi* ſucceſſorum ſuorum & *Eccleſie Magunt.* dilecti *Gotfridi* filij noſtri primogeniti aliorumque heredum noſtrorum accedente ad premiſſa conſenſu. Ceterum ordinatum & actum exiſtit quod annis ſingulis in tempus futurum de prefatis viginti marcarum redditibus quatuor marcas percipiet ſtrenuus *miles Wernerus* de *Sternenberg* electus & aſſumptus per ipſum *D'num P. Archiep. Mag.* qui in dicto opido *Lainſtein* utpote Caſtrenſis pro nobis faciet reſidenciam perſonalem aut alius ipſo *Wernhero* cedente ſeu decedente abſque heredibus ſexus maſculini, quem *D'nus Archiepiſcopus Maguntinus*, qui pro tempore fuerit pro Caſtrenſe duxerit aſſumendum. In cujus rei teſtimonium & premiſſorum certitudinem pleniorem has litteras dedimus ſigilli noſtri robore communitas. Et nos *Gotfridus* natus D'ni *johannis comitis* predicti quia ratam habemus & gratam demonſtracionem aſſignacionem & reſignacionem reddituum viginti marcarum predictarum factas juxta formam modos & conditiones premiſſas, in ſignum & evidentiam noſtri conſenſus ſeu ratihabitionis ſigil-

gillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Actum & Datum anno Domini Milleſimo CCC° decimo quarto ydus junij. *13. Jun.*

a) 1360. † ultimus Comes de *Witgenſtein*, cujus filia unica Domino *Saynenſi* nuptui data. Confer. *Speneri Op. Herald.* fol. 702. 703. 782.

XXXIX.

Nota redditus viginti marcarum denariorum. An. 1314.

Nos *Henricus Dei gratia comes de Waldecke* (a), recognoſcimus & publice profitemur, quod *Reverendo Domino noſtro*, *Domino Petro*, *ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopo*, ſuis ſucceſſoribus & *Eccleſiæ moguntinæ* redditus viginti marcarum *Aquenſium* denariorum, tres *hallenſes* pro denario computando, in duobus allodiis noſtris in villa *Gyſſelze* ſitis, quorum proprietas libere nobis pertinere dinoſcitur, demonſtravimus, & præſentibus demonſtramus, quos inquam redditus nos & noſtri hæredes, a præfato *Domino Archiepiſcopo*, ſucceſſoribus ſuis & *Eccleſia Moguntina* titulo feudi Caſtrenſis debemus hæreditarie poſſidere. Siti ſunt etiam redditus prædicti intra confinia munitionum, *Waldecke*, *Nuwenburg* & *Jageſberg*, terminos ad hujuſmodi redditΓuum ſituationem ſpecialiter deputatos (b), Eos ſiquidem redditus in præſcriptis noſtris demonſtramus allodiis, quouſque præfato *Domino noſtro Archiepiſcopo* ſucceſſoribus ſuis & *Eccleſiæ Moguntinæ* pro ducentis marcis *aquenſium* denariorum bona alia in dictis terminis, vel alibi in locis competentibus ſita, in noſtri & hæredum noſtrorum feudi caſtrenſis hæreditariam perceptionem,

nem, emere & comparare valeamus. Dantes hanc noſtram patentem litteram in teſtimonium ſuper eo, Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo quarto, In die beati *Albani* Martyris.

21. Jun.

a) De Comitatu *Waldeck* vid. *Winckelmann Heſſiſche Beſchreibung* pag. 241. ſq.

b) Ex quo confirmantur dicta noſtra ſuperius, in reſtaurum & recompenſationem conceſſi feudi Caſtrenſis, bona aſſignanda propria & libera, ſita eſſe debuiſſe intra certum, non adeo a caſtro diſſitum diſtrictum; id quod ideo multis concambiis medii ævi anſam dedit.

XXXIX. b.

Littera venditionis & Emptionis inter Dominum Ulricum de Bickenbach Venditorem & Dominum Petrum Archiepiſcopum Magontinum Emptorem ſuper bonis in Eſchbach ſuperiori & inferiori Weilbach & Wickert. An. 1312.

N*os Ulricus de Bickenbach* recognoſcimus per præſentes & conſtare cupimus, præſentium inſpectoribus univerſis, quod nos de dilectæ nobis *Eliſabeth conjugis noſtræ* legitimæ unanimi voluntate prout & conſenſu omnia bona noſtra quæ ſita & inquirenda ſitis in villis ſubſcriptis ſcilicet *Eſchbach ſuperiori & inferiori*, *Weilbach*, *Wickert* & *Huſen* * apud villam *Ober-Oldeshuſen*, & in terminis earundem, ſive conſiſtant in Decimis, manſis, poſſeſſionibus, agris nemoribus, rubetis, terris cultis & incultis, vineis, pratis, cenſibus, pullis & anſeribus, vel quocunque vocabulo cenſeantur, vendidimus *Venerabili in Chriſto Patri D^no Petro ArchiEpiſcopo Moguntino & ſuæ Eccleſiæ Moguntinæ* pro trecentis quadraginta ſex libris, novem ſolidorum & octo *Hallenſ.* immediatæ nobis prætiæ integraliter exſolutæ, tenenda, habenda & poſſidenda omni Jure, utilitate, ſicut ea a *nobili viro Conrado Comite de Vehingen Juniore* coram prædictarum villarum ſchulthetis, judicibus, & ſcabinis ſententialiter eviciſſe, & ſine omni contradictione hactenus poſſediſſe pacifice & quiete, promittentes bona fide pro nobis & noſtris hæredibus & ſucceſſoribus univerſis, quod contra venditionem hujuſmodi ſeu contractum

* Vulgo *der Häuſerhof*, non procul a *Münſter*, prope *Kœnigſtein*

tractum per nos vel per alios nunquam aliquali captione, verbo vel facto, auxilio, vel conſilio aut aliquo ingenio per nos vel per alios ullo unquam tempore veniemus, ſed ſibi per annum & diem a data præſentium ſecundum conſuetudinem terræ, Warandiam debitam faciemus ſuper ipſa Warandia fidejuſſoribus ſubſcriptis, videlicet *nobilibus viris Godefrido* de *Bickenbach*, *Erckingero* de *Franckenſtein*, *Giſone* de *Jaſahe*, nec non de *Rickershauſen milite* per nos cum ſtipulatione ſolemni *ſibi* & *ſuæ Eccleſiæ* prænotatæ in ſolidum conſtitutis, quos ab hujuſmodi fidejuſſione promittimus abſolvere liberos & indemnes renuntiamus inſuper exceptioni non nobis numeratæ pecuniæ, non ſolutæ, & Juri, quo ſubvenitur ultra dimidium Juſti pretii deceptis, conſuetudini, & Statuto, & omni Juris auxilio Canonici vel Civilis, quod nobis prodeſſe & præfato *D. Archi Epiſcopo Moguntino* aut *ſuæ Eccleſiæ* poſſet obeſſe impoſterum vel ad præſens. In Cujus rei teſtimonium & evidentiam omnium præſcriptorum noſtrum & præfatæ *Eliſabeth Collateralis noſtræ* in ſignum ſui conſenſus ſigilla voluntate ſpontanea, & ex certa ſcientia præſentibns ſunt appenſa; datum Anno Domini 1312. quinto Calend. Octobris. *27. Sept.*

Quitantia deſuper.

Nos *Ulricus D.* de *Bickenbach* Tenore præſentium publice profitemur, quod cum horum bona, Jura, cenſus, & obventiones, quæ in villis *ſuperiori & inferiori Eſchbach, Wickert*, & *Weilbach*, tenuimus & poſſedimus, *Reverendo in Chriſto Patri ac Domino Petro, Archi Epiſcopo Moguntino* vendiderimus juſto venditionis Titulo pro trecentis quadraginta ſex libris *Hallenſ.* & novem ſolid. & octo *Hallenſ.* ipſam ſummam pecuniæ, nos integraliter in numerata pecunia recepiſſe, dantes has Litteras Sigillo noſtro ſigillatas in Teſtimonium præmiſſorum: Datum Anno 1312. quinto Octobris.

Extat im *Schreiben des Domkapitels zu Maynz an die Reichs-Verſammlung wegen anmaßlicher Beſchwerde und ad comitia imperii ganz ohnſtatthaffe genommenen recurſus.: Des Herrn Landgrafen Wilhelm zu Heſſen-Caſſel. In Sachen Dom Kapitel zu Maynz contra Heſſen-Caſſel*, fol. 1749. In den Beyl. Litt. A.

Digitized by Google

XXXIX. c.

Litteræ Venditionis & Emptionis, inter D. Poponem Comitem de Eberſtein, & ejus uxorem legitimam necnon nobilis viri Godefridi de Hohenloch relictam viduam Eliſabetham venditores & Dominum Petrum Archi-Epiſcopum Moguntinum Emptorem ſuper bonis in Eſchbach, ſuperiori & inferiori, Seülburg. &c. ſitis. An. 1312.

Nos *Popo Comes* de *Eberſtein*, & *Guda uxor ejus legitima*, nec non *Eliſabeth relicta quondam nobilis viri Godefridi* de *Hohenloch* recognoſcimus per præſentes, & conſtare volumus univerſis, quod nos omnia bona noſtra ſita in villis ſubſcriptis ſcilicet *Eſchbach ſuperiori*, *Eſchbach inferiori*, *Seülburg*, *Weilbach*, *Wickert*, *Maſenheim* & *Huſſen* apud villam *Oberoldeshuſen*, & in Terminis earundem, ſive conſiſtant in Decimis, manſis, poſſeſſionibus, agris, nemoribus, rubetis, terris cultis & incultis, vineis, paſcuis, pratis, cenſibus, pullis & anſeribus, penſionibus, & obventionibus, quocunque nomine cenſeantur, quæ omnia ad nos, exceptis decimis, quas ab infra ſcripto *Domino Petro Archi-Epiſcopo Moguntino* pro ſeptingentis quinquaginta quatuor libris *Hallenſ.* tredecim ſolidis ſcilicet & quatuor *Hallenſ.* numeratæ nobis pecuniæ integraliter & complete, tenenda, habenda & poſſidenda per eum, alium vel alios, cui vel quibus ipſe *Dominus noſter Archi-Epiſcopus* eadem bona in vita, vel in morte danda, donanda duxit, vel leganda proprietatis Titulo, omni jure & utilitate, ſicut nos ipſa bona dignoſcimus habuiſſe hactenus, & poſſediſſe, transferentes in eum ut præmittitur plenum jus & Dominium bonorum eorundem & promittimus bona fide pro nobis & noſtris hæredibus, de quorum Conſenſu hanc venditionem fecimus, de ſucceſſoribus univerſis, quod contra venditionem hujuſmodi, ſeu contractum per nos, vel per alios, nunquam aliqua occaſione, clam vel palam verbo & opere auxilio vel conſilio, aut aliquo ingenio, ſive legis beneficio, ullo unquam tempore veniemus, renuntiantes omni exceptioni doli mali, non numeratæ pecuniæ, beneficio reſtitutionis in integrum, & omni alii juris auxilio conſuetudinarii, canonici & civilis, quod nobis contra prædictum contractum prodeſſe, & præfato *Domino noſtro Archi Epiſcopo Moguntino*, illi vel illis, in quem vel in quos re-

ſpective

Digitized by Google

ſpective prædicta bona, quocunque modo, cum ſua propria & non *Eccleſiæ ſuæ Moguntinæ* pecunia comparavit, decrevit inferenda impoſterum vel ad præſens, promittimus etiam bona fide, quod prædictorum bonorum renunciationem in judiciis, & in quibus ſita ſunt, quando de hoc requiſiti ſumus, libere & publice faciemus, Teſtes hujus rei ad hoc vocati ſunt hi: *Crafto* de *Beldersheim*, *Hermannus* dictus *Schelme*, *Godefridus* dictus *Dornick*, *Joannes* de *Ryderen*, *Joannes Marchalcus* de *Lorich*, *Wolffram*us dictus *Zenichen Vice Dominus* in *Aſch*, & *Conradus* dictus *Rude milites*, & plures alii fide digni. In quorum omnium teſtimonium, & perpetuam firmitatem Nos *Popo Comes* de *Eberſtein*, *Guda uxor ejus legitima*, nec non *Eliſabeth relicta quondam nobilis viri Godefridi de Hohenloch* præfati, ſigilla noſtra duximus præſentibus appendenda: Actum & Datum *Aſch.* Anno Domini 1312. In Craſtino beati *Petri Apoſtoli ad Vincula.* 2. *Aug.*

Appendent tria ſigilla.

Nos *Popo Comes* de *Eberſtein* & *Guda uxor ejus legitima* nec non *Eliſabeth relicta nobilis viri quondam Domini Godefridi* de *Hohenloch* recognoſcimus per præſentes, quod *Venerabilis in Chriſto Pater & Dominus Dominus Petrus Archi-Epiſcopus Moguntinus* de ſeptingentis quinquaginta quatuor libris, tredecim ſolidis & quatuor *Hallenſibus*, quas nobis pro nobis infra ſcriptis ſcilicet in *inferiori Eſchbach*, & *in Eſchbach ſuperiori*, *Seülburg*, *Weilbach*, *Wickert*, *Maſſenheim* & in *Huſſen* per nos ſibi venditis ſolvere tenebatur, integraliter nos pagavit, unde de ſolutione prædictæ pecuniæ dicimus ipſum quitum præſentium Teſtimonio litterarum noſtrorum ſigillorum munimine munitarum. Datum Anno Domini 1313. in Craſtino Purificationis Beatæ Virginis glorioſæ. 3. *Febr.*

Appendent tria ſigilla.

Extat uti præcedens diploma *im Schreiben &c.* Litt. B.

XL.

Litera quitationis ſuper II. marc. Argenti.
An. 1314.

Nos *Henricus Comes de Waldecke* tenore præſentium recognoſcimus & publice proteſtamur, quod præſentibus *Bruwardo Cellerario Ludovico* de *Selheim*, *Wigando Subtilia*, & *Huperto Amelungi* Scabinis in *Amoeneburg* (a), ducentæ nobis marcæ puri argenti, duabus duntaxat marcis exceptis, pro redemptione Caſtri *Haldeſſen*, ſabato poſt diem
27. Jul. beati *Jacobi* Apoſtoli, ſunt præſentatæ. De quibus præſentium teſtimonio Dominum *Moguntinum* & eius amicos quitos dicimus & ſolutos. Datum Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo decimo quarto ſabato prænotato.

a) *Amoenoburgum* caſtrum & oppidum excelſo monti ſuperimpoſitum duabus *Marburgo* horis diſtat.

XLI.

ArchiEpiſcopo Mag. venduntur varii cenſus in Erfordia. An. 1314.

Nos *Hertwicus Decanus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Erfordenſis* tenore præſentium recognoſcimus, & conſtare cupimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod præſentibus teſtibus infra ſcriptis ad hoc vocatis & rogatis, conſtituti coram nobis prudentes viri ac Deo devotæ Matronæ infraſcripti diviſim, ſigillatim, ac ſpecialiter, publice ac notorie ex certa ſcientia, non per errorem, recognoverunt ſe vendidiſſe & tradidiſſe annuum Cenſum (a) infra notatum, ſcilicet quidam eorum totaliter, alii vero in

in parte, quam tenebant in feudum a *Venerabili patre ac Domino Domino Petro Archiepiſcopo Moguntino* datum, quibuſdam eorum de allodio eiuſdem *Domini Archiepiſcopi Moguntini* in *Erfordia*, quibuſdam vero de officiis ſuis ibidem, videlicet in monetæ ſchultheti & Magiſtri fori officiis, prout infra apparebit, Domino *Hugoni* ementi & recipienti, vice & nomine prædicti *Domini Archiepiſcopi Moguntini* ad hoc mandatum habenti, ad tenendnm & poſſidendum ab eodem *Domino Archiepiſcopo* perpetuo, ſeu ab eius *Eccleſia Moguntina* prædicta, quodlibet talentum dicti annui cenſus *Erforden.* denariorum pro quinque talentis denariorum eorundem, ſibi ac cuilibet eorum per ſe, ac pro ſe, diviſim atque ſigillatim perſolutis, videlicet ſupradicti annui cenſus, vendidit & tradidit, *Hartungus* de *Smedeſlete*, novem talenta, *Gunterus Rabenoldi*, ſex talenta cum dimidio, *Gotſchalcus Kerlingeri*, quindecim talenta, & dimidium cum decem & octo denariis, *Henricus* vicedominus *Monoculus* ſeptem talenta, *Henricus* de *Stalberg*, ſex talenta, cum triginta denariis, *Hartungus* de *Stalberg*, tria talenta, cum triginta denariis, *Conradus* de *Smedeſlete*, decem & ſeptem talenta, cum quinque ſolidis, *Gotſchalcus* de *Smedeſlette*, quatuordecim talenta, cum quinque ſolidis, *Tyzelo Hoterman*, quatuordecim talenta, cum ſeptem ſolidis & ſex denariis, *Hugo* juvenis octo talenta cum dimidio. *Hermannus* de *Alich Canonicus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ* prædictæ, & Mater ſua, decem talenta cum quinque ſolidis. *Hartungus Lutewini* quinque talenta, cum quindecim ſolidis. *Rudolphus* de *Alich junior Schulthetus Domini* tria talenta. *Rudolphus Murère*, tria talenta, præter quadraginta denarios, relicta quondam *Hugonis Longi*, duodecim talenta, relicta quondam *Rudolphi* de *Northuſen*, quattor talenta, & relicta quondam *Ottonis* de *Hall*, ſeptem talenta cum dimidio. Quod quidem precium, dicti venditores recognoverunt, & contenti, &

confeſſi fuerunt, quilibet eorum diviſim & ſigillatim, ac pro rata ipſum contingente ſe recepiſſe ac habuiſſe, & ſibi integre ac plenarie datum ſolutum ac numeratum fuiſſe a Domino *Hugone*: renuntiantes diviſim & ſigillatim quilibet eorum per ſe, exceptioni ſibi non dati, non ſoluti, & non numerati precii, exceptioni doli mali, actioni in factum, & univerſaliter omni exceptioni legis vel Canonis, & ſpecialiter legi qua cavetur renuntiationem generalem eſſe invalidam, per quam dicti contractus poſſent in aliquo vitiari ſeu reſcindi, promittentes quilibet eorum diviſim & ſigillatim, pro ſe ſuiſque hæredibus prædicto Domino *Hugone*, nomine quo ſupra ſtipulanti, litem aut controverſiam ei, ſeu dicto *Domino Archiepiſcopo*, vel *Eccleſiæ ſuæ Moguntinæ* de dicto annuo cenſu ſic vendito, ſe nullo tempore velle inferre, nec inferenti aliqualiter conſentire, ſed ipſum ſupradictum *Dominum Archiepiſcopum Moguntinum* vel *Eccleſiam ſuam Moguntin.* de ſupradicto annuo cenſu, ab omni perſona & univerſitate legitime defendere, auctorizare & expedire, nec non juſtitialiter warandare, impetitionem quamlibet propellendo. In cujus rei evidentiam & certitudinem firmiorem, ad petitionem venditorum prædictorum, & dicti Domini *Hugonis* ſingularem, præſentem literam dedimus ſigilli noſtri munimine fideliter conſignatam. Teſtes enim hujus rei ſunt honorabiles viri, *Gyſelerus* de *Heruersleibin*, *Lupoldus* de *Arnſtete* Magiſtri, frater *Henricus* de *Baſilea*, *Rudolphus* de *Alich* junior, *Schulthetus Domini*, *Abraham* de *Rotenburg* Judæus, & alii quam plures fide digni. Da-
28. Jun. tum anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo quarto, quarto Kalend. Julii. (b)

a) De cenſibus annuis *Erfordiæ* redimendis vid. *Gudenus hiſt. Erfurt.* p. 146. *Sælenderi ſylloge Bracteatorum Megontinenſium. Joannis* T. III. p. 387.

b)

b) Ex hac charta non liquet utrum a poſſeſſoribus ibi nominatis *cenſus ille realis, fundis inhærens, fundi & Agri Erfordienſis optimi maxumi index, Freyzinns* dictus, a *Culinario* A̅Epi olim receptus, & ad allodium A̅Epiſcopale *Erford.* pertinens, — utrumne vero *Cenſus perſonalis*, (i. e. uſuræ pro mutuo; *Gültenkauf*) fuerit deputatus; de priori chartam intelligere videtur Reverendiſſ. *Würdtwein*; — at vero *annuum cenſum vendere* Germanis idem, quod pecuniam fœnore accipere, eo quod palliatas uſuras contineret negotium. Ut dicam, quod rés eſt, ipſe in viri Doctiſſimi ſententiam facile concedo, de cenſus *realis, Freyzinns*, conſtitutione intelligenda eſſe actitata. Dedit ejuſmodi Cenſuum *Erford.* indolem plane germanicam & anomalam, *juridice* conſideratam *Strecker* diſſ. de jure Civit. *Erford.* ſingulari; — *Schaden Tr. v. Erbzinnsrecht*, quod ad *hiſtoriam* eorum vero multæ nobis ad manus ſunt, canæ vetuſtatis chartæ, Demonſtrationes, Relationes Magiſtri culinæ, & proviſorum allodii *Erford.* necdum typis datæ, in quibus gnaviter ſincere, & adcurate omnia, quæ ad dignoſcendam totam hanc rem pertinent, ordine ſunt expoſita, quas ſuo olim loco & ſerie dabimus. In chartis *Gleichenſ.* frequens eorum, ſub nomine *Vrizins*, mentio. Cf. *Sagittar. Geſch. der Grafſch. Gleichen.* Hæc Cl. *Bodmannus*, cui etiam placuit plures huic Diplomatario adjicere non minoris momenti notas.

XLII.

Item littera *Fratrum de Berſtat ſuper feodo in Ockenheim deſerviendo. An. 1314.*

Nos *Gevinus*, *Karolus*, *Philippus* & *Giſelbertus* fratres de *Bierſtad* ac omnes quorum intereſt recognoſcimus publice in hijs ſcriptis quod redditus trium librarum *hallenſium*, quos de cenſibus *venerabilis patris & Domini noſtri D̅ni P. Archiepiſcopi Maguntini* in villa *Giſenheim* (a) percipere conſwevimus eidem *Domino Archiepiſcopo* reſignamus liberas & ſolutas, prata etiam in *Augia* ſita in *Reno* prope *Ma-*

Digitized by Google

Maguntiam dicta vulgariter *Virmanſmat* (b) que ab eodem *Domino Archiepiſcopo* in feodo tenuimus ſibi reſignamus & libere renuntiamus eiſdem, Inſuper ego *Gebinus* prefatus *Domino meo Archiepiſcopo* predicto trium marcarum denariorum *Colon.* tribus *hallenſibus* pro denario computatis redditus de bonis meis in *Algesheim* libere reſignavi, quos ab eodem *Domino meo* recepi in Caſtrenſe feodum per me & heredes meos habendos & tenendos & in Caſtro *Ockenheim* eoſdem redditus promitto pro me & predictis meis heredibus perpetuo fideliter deſervire. In cujus rei teſtimonium ſigillum Opidi *Pingwenſis* apponi rogavimus huic ſcripto. Et nos ſchultetus ſcabini ac univerſitas civium in *Pingwia* recognoſcimus premiſſa coram nobis acta eſſe vera & ad rogatum predictorum fratrum *Geb. Ka. Phi.* de *Bierſtad* ſigillum noſtre univerſitatis appendimus huic ſcripto. Datum *Pingwie* Anno Domini Milleſimo CCC° quar-
29. Jun. to decimo III. Kal. julij.

a) *Geiſenheim* oppidum *Rüdeshemium* inter & *Vinicellam*, *Winckel* in *Rhingavia*.

b) *Manſmat* juxta doctiſſimam Interpretationem PP. ord. *S. Benedicti*, Congreg. S. *Mauri*, apud *du Freſne* h. v. tantum prædii denotat, quantum vir validus uno boum jugo ab ortu ſolis uſque ad occaſum ſubigere, aut manu ſua fœnum metere queat. *Jugera & manſi* in *agris* — *Manſmat* in *pratis*, pro modulo quantitatis indicandæ inſerviere noſtratibus olim. *Virmanſmat* igitur tantum prati, quantum IV. Robuſti intra diei ſpatium, metendo tranſcurrere poſſunt.

XLIII.

XLIII.

Item ſittera Johannis Comitis de Spanheim quod quadraginta marcharum redditus ab Eccleſia Magontina tenet in feudum. An. 1314.

Nos *johannes comes* de *Spanheim* (a) natus quondam *Heinrici Comitis de Spanheim* recognoſcimus publice in hijs ſcriptis, quod nos a *venerabili D'no noſtro D'no Petro Archiepiſcopo Magunt.* quadraginta marcas denariorum *Colon.* tribus *hallenſibus* pro denario computatis, quas nobis dedit tradidit & perſolvit, recepimus in pecunia numerata & pro eo ſibi & eccleſie ſue *Magunt.* reſignavimus & preſentibus reſignamus quadraginta marcarum redditus pagamenti predicti in redditibus noſtris quos habemus in villa noſtra *Wernbach* & univerſis pertinentijs ejuſdem quos redditus quadraginta marcarum ab ipſo *Domino noſtro Archiepiſcopo* ſucceſſoribus ſuis & ab *Eccleſia ſua Maguntina* predicta recepimus in feodo & recipimus per preſentes & eoſdem poſt nos heredes noſtri recipient ſimiliter & tenebimur fideliter deſervire. (b) In cujus rei teſtimonium has litteras fieri & ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum *Confluencia* Anno Domini Milleſimo CCC° quarto decimo; quarto Kalend. Auguſti. *29. Jul.*

a) Vid. *Kremeri zweite Abtheilung von den Graven von Sponheim.* p. 147. Sq.

b) Numeroſa hæc chartarum clientelarium ſeries ſub *Petro*, & ejus prædeceſſoribus ſimul & ſucceſſoribus A'Epis *Mag.* ſpeciatim a *Gerhardo* I. uſque ad *Gerlacum*, edocet, hæc revera tempora fuiſſe, in quibus latifundia S. ſedis *Mag.* circa *Rhenum* adquiſita, amplificata, & ſtabilita fuere; cum avita olim patrimonia, in *Haſſia* & *Thuringia*, maxime ſpectabilia; fere unica dictæ ſedis fuiſſent poſſeſſio. Teſtamentis emortuorum Dynaſtarum, Comitum,

& Equitum, pretioſis adquiſitionibus, in feudum oblationibus, (quarum onus medio ævo ignorare videtur invidioſa ætas noſtra) pedetentim, alluvionis inſtar excrevit Majeſtas jurium & bonorum Archidioeceſeos, cujus tamen, fato jubente magnam iterum partem abſtulit odium vicinorum, irreligio, vis, ferocia belli, illius præſertim ex infauſta *Lutheri* reformatione prognati.

XLIV.

Ludovicus R.R. confirmat quædam privilegia S. ſedis Magontinæ. An. 1313.

Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Tenore preſentium publice recognoſcimus, videlicet coram nobis lectas eſſe litteras dive recordationis quondam *Domini Henrici Romanorum Imperatoris, tunc Romani Regis* Predeceſſoris noſtri non cancellatas, non abraſas, ſed omni vitio & ſuſpicione carentes, continentie infra ſcripte.

Nos Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus: Tenore preſentium publice recognoſcimus, nos vidiſſe & coram nobis lectas eſſe litteras dive recordationis quondam *Adolphi Romanorum Regis* Predeceſſoris noſtri non cancellatas nec abraſas, ſed omni vitio & ſuſpicione carentes, continentie infra ſcripte.

Adolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis *ſacri Romani Imperii* fidelibus preſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Univerſitati veſtre preſentibus innoteſcat, quod cum *venerabilis Gerhardus Archi-Ep̄s. Moguntinus, Princeps & conſanguineus noſter Cariſſimus* gravia damna ſuſtinuerit in proſecutione negotiorum Reipublicæ nobis cum armatis utiliter ſerviendo, & alias, vocatus a nobis, faciendo expenſas, nec non exinde, quod decimam *Stürarum Judeorum noſtrorum*

I Idem

Idem Archi-Eps dicebat, ſibi per aliqua annorum curricula non ſolutam: Nos ſuper damnis hujuſmodi volentes principi noſtro ſupradicto reſtaurationem facere & compenſam, eidem quinque millia marcarum *Colonienſium* denariorum tribus *Hallen.* pro denario computandis liberaliter duximus largiendas. Et quia ad preſens pecuniam non habuimus in parato, ſibi reditus quingentarum Marcharum predicte monete duximus aſſignandos: Pro quarum ducentis marchis partem *Ungelti* ad nos in *Franckfort* ſpectantem, pro reſiduis vero trecentarum marcarum redditibus Judeos noſtros ibidem cum omni jure & utilitate, ſicut ad nos pertinet, predicto *Archi-Epiſcopo* & *Eccleſie ſue* titulo pignoris obligamus tamdiu percipiendos, retinendos & habendos ſine moleſtia qualibet & preſſura, quouſque predicta quinque millia marcarum perceptis in ſortem nimime computandis; Quæ inquam percepta liberaliter donamus prefato *Archi-Epiſcopo* & ſucceſſoribus ſuis conſideratione gratorum obſequiorum, que iidem *Archi-Epiſcopi* nobis impenderunt hactenus et que impendere poterunt gratiora, per nos & ſucceſſores noſtros in *Romano Imperio* integraliter fuerunt perſoluta, hoc acto expreſſe, quod ſi pro tali liberatione dictorum redituum ab ipſis Judeis ſubſidium duximus poſtulandum, hoc ſine offenſa *Archi-Epiſcopi*, qui pro tempore fuerit, facere valeamus, dummodo ſubſidium hujuſmodi aſſignetur eidem *Archi-Epiſcopo* ad liberationem redituum hujuſmodi convertendum. In cujus rei teſtimonium hanc litteram exinde conſcribi, & Majeſtatis nr̃e ſigillo fecimus communiri. Datum apud *Oppenheimb* Anno Dñi millmo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, nonas Julii, Regni vero noſtri Anno ſexto. 7. *Jul.*

Nos igitur ſupradictas litteras ratificamus & approbamus in nomine Domini per preſentes; in quorum teſtimonium & robur Majeſtatis nr̃e ſigillo has litteras

 man-

mandavimus communiri. Datum in *Lützemburg* quarto
10. Jun. Idus Junii Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo,
Regni vero noſtri Anno ſecundo.

Et *Nos Ludovicus Rex Romanorum* predictus ſupradictas litteras ratificamus & approbamus in Dei nomine per preſentes, in quorum teſtimonium & robur Majeſtatis noſtre typario has litteras mandavimus communiri.
20. Dec. Datum *Moguntie* decimo tertio Calendas Januarii Anno D'ni milleſimo trecenteſimo quarto decimo, Regni vero noſtri Anno primo.

XLV.

Confirmatio König Ludwigs Ertzbiſchoff Petern und dem Stifft Mentz gegeben. An. 1313. (a)

L*udwig von Gots gnaden romiſcher Kunig zu allen zyten merer des Richs* bekennen das wir Got die gerechtieheit billicheit, und den getruwen flieſs und die allerlüterſten andacht, die der *wirdiger peter des heilgen ſtuls zu Mentz Ertzbiſchoff, des heilgen richs durch Germanien Ertzkantzler unſer liebſter Furſte und herr Secretarie* zcu uns und unſer erhounge hat und folliglichen gehabt hat den augen unſer mirckunge und jrleuben in truwen, und auch williglichen und lediglichen verbunden were uns in unſen truwen und eyden den wir daruber liplichen mit berurung der heiligen getan han, das dwile von ſchickunge wegen der gotlichen vorſichtigkeyt, und des Ertzbiſchoffs wegen der darzu getruwlichen geholffen hait, wir zcu Ere und hocheit der kuniglichen majeſteten und *romiſchen richs* gekommen ſin wir die ding die hie unden begriffen

ſin

ſin, umb rechter warer und kuntlicher ſache willen, die man darjnn zu ſin jrkennet, werden halten, hanthaben und zu eyner follenkommenheit ob Gotte wil brengen zum erſten werden wir, die heilgen Kirchen und ſunderlichen die Kirchen zu *Mentz* mit allen jren lidemaſſen, beyde in geiſtlichen und werntlichen dingen und *die Kirchen die ir undertan ſin der ſtat*, des biſchtums und der provincien zu *Mentz* (b) beſchirmen getruwelichen behalten und hanthaben by allen jren gerechtigkeyten Eren, friheiten guten, beſitzungen privilegien und gnaden jn gegeben und gethan von ſeliger gedechtniſs *romiſchen* Keyſern und Kunigen irr ſolich gnade privilegia und friheite und alle brieffe gottlicher gedechtniſs *romiſcher* Keyſer und Kunige, dem vorgenanten Ertzbiſchoue und der Kirchen zu *Mentze* verluhen beweren beſtetigen und von rechten wiſſen jrnuwen wir als ſie legen, von wort zu worten und in ſunderheit werden wer ſie durch ſunderliche brieffe ernuwen wie derſelbe Ertzbiſchoff der behufen und geſynnen wirdet, und werden die under den Kuniglichen und auch Kayſerlichen ſigille, iſt es, das wer zcu der Keyſerlichen hocheit kommen werden, ſie damit zcu rechende, beſtetigen und ernuwen. Item globen wir dem vorgenanten Ertzbiſchoff ſine nachkommen und die Kirchen zu *Mentze*, mit unſerm ganzen vermogen ane vertzog zu helffen mit der tat, auch in unſer perſonen ob des noit were, widder alle jre verunrechter nerefell leydigere und uberferere, von jne recht zu behalten, und alle verunrechtigunge zu ſtillen, wann und ſo dick wir durch jne, ader ſine nachkommen ader die Kirchen zu *Mentz* des ermant werden. Item werden geiſtliche ſache in keyne wiſs anderſwo handeln ader entſcheiden laſſen, dann fur jren richtern wir werden auch geiſtliche perſonen umb deynerley ſache willen, nirgen andern, dann fur jren richtern laſſen ader lyden zcuzihen ader auch zu orteyln. Item den zcol zu *Laen-*

Digitized by Google

ſteyn der umb etlicher warer und rechfertiger ſache willen geſatzt und gegeben wurden iſt, der Kirchen zu *Mentz* durch gotlichen gedechtnus *romiſche* Kunige mit nachfolgunge der beſtetigunge des ſtuls zu *Rome*, loben wir von rechter wiſſen und uber das beſtetigen ernuwen und geben wir jne denſelben. Item die ſtat zcu *Seligenſtadt* und die graffeſchaff zu *Bacchauw* (c) umb irfunden warheit und rechtfertigkeyt der die miſſduncke witherſagen wer klerlichen, und irkleren uffenberlichen das die zu der egenanten Kirchen zu *Mentz* ane Zwiffel gehoren. Item werden wir den ſunderlichen *Furſtant* (d), den ſie hat und haben ſal, uff *dienſtlute* und *burglute*, der Kirchen zu *Mentz*, das man die nit zihen ſal, jn das recht fur deynen werntlichen richter, ſie ſein dann fur jren herrn, dem Ertzbiſchoff, der tzu zyten were, anſprechig gemacht, und da rechtsgebreche umb ein jglich ſache unuerletzt halten und von den andern ſchaffen glicher wiſs gehalten zu werden, Jtem werden wir behalten und hanthaben denſelben Ertzbiſchoff, und ſine Kircheu zu *Mentz* vorgenant, by allen rechten, Eren, wirden, und nutzen, des *Ertzkantzlariats des heilgen richs durch Germanien* und ſunderlich durch eynen Cantzler prothonotarien und notarien zu ſetzen und zu entſetzen wann und wie dick er wil in dem kuniglichem ſale, dieſelben jme, an unſer ſtat, gehorſamkeyt, undertenickeyt und rechte truwe zu halten, den eyt thun ſollen, und auch in dem zehnden jme und ſiner Kirchen pflichtig, von den ſturen, ſchatzungen und geſellen der Judden, und in andern dingen, die jme von dem kuniglichem hofe fallen ſollen von des vorgenanten *Ertzcancellariats* wegen, auch werden wir jme ſinen nachkommen ader der Kirchen zu *Mentz* in ſinen, ader etlichen der vorgenant ader andern ſinen rechten keynerley hinderniſs thun, in dheyne wiſs durch uns ader heymlichen ader offenbar under augen, ader nit under augen, noch von jmants ader jmanden zcugeſcheen

werden

werden geſtaten. Item geben verlihen und ane eynich Swerlicheit werden wir laſſen, dem Ertzbiſchoffe den zoll bie ſynem Sloſſe *Erenfels*, bis ſo lange er dauon von der tzyt unſſer machunge ader ſchepfunge nymmet gentzlichen und folliglichen, alle das jme noch von dem ubirigen gebriſt das wir jme uff ſine achtunge ſtellen, indem das gotlicher gedechtniſs *Henrich romiſcher Keyſer* unſer vorfarer in ſiner erſten Schepfunge zu eynem *Romiſchen Kunige*, und auch fur das, das etwan *Albrecht romiſcher Konig* und auch fur das jme der Keyſer ſelbſt ſchuldig waren an dem ſelben zolle jme verheiſſen hatt, und ſo lange biſs er nymmet dri tuſent marck, die er, als uns kuntlichen iſt, uſgelacht hat, in des reichs dienſte, du er zcu dem vorgenanten herrn dem Keyſer, anhub zu zihende und in die lande uff genſyt den *detſchen bergen* zcu komen und ſo lange er entfangen hatt die koſte die er in dienſte, des genanten herrn des Keyſers und des Richs gethan hat, indem er in *Behemen* gezogen iſt ſolichs gelts uffname biſs zcu ſiner gantzen und follenkommen betzalunge laſſen wir dem vorgenanten Ertzbiſchoffe zcu ſinem gewiſſen, darnach werden wir demſelben *Peter Ertzbiſchoff* vorgenant, eyn detich und getruwe hulffe thun widder den edeln man *rudolffen grafen von Montefort*, genant *Saugaus* und ſine geſellſchafft, die jne mit unrecht gefangen geſchetzt und geſchedigt hat. uff ach tuſent margk ſilbers und werden uns felliglichen bearbeyten das jme eyn geburliche Korunge und genuchtuunge, von dem vorgenannten grafen und ſinen geſelſchafften geſchehe. Item werden wir bewaren und beſchirmen denſelben Ertzbiſchoff das nymants jne ader ſine vorgenante Kirchen verphende ader leydige von ſchult wegen von ſinen vorfaren gemacht ader von eynichen andern ſachen, es ſie dann das er erſt fur ſinem richter mit rechte, redelichen darubet ſie jrwunnen auch globen und verbunden wir uns ſunderlichen und veſtiglichen,

das

das wir alle Krige und zweytrechte, ob widder jne von unſer Kure ader erhohunge, ſalbunge, ader Kronungen wegen eyniche geſchee ader in kunfftigen zyten geſcheende wurde von eynichen mentſchen von was ſtate ader weſens der were, fur dem *ſtule zu Rome* ader eynen jglichen andern richtern geiſtlichen ader werntlichen geordenten ader gemachten under unſer Koſte und arbeyt denſelben Ertzbiſchoff und ſine Kirchen zu *Mentz* furgenant werden beſchirmen und die ſelben Krige und Zweytrechte zu ende und uſsgange werden furen fur jne. Item gebieten wir gentzlichen und werden auch in dheyne wiſs zulaſſen, die lute der Kirchen zu *Mentz* uffzunemen, in ſteden merten ader ſtetichen zu dem rich gehorig, zu burgern die da zu dutſch *palburger* heiſſen. Item globen, wer dem vorgenanten Ertzbiſchoffe, drie ſtede in dem eygen grund ſiner Kirchen wilchzyt er uns daruber irſuchen werden, zu *fryen* (e). Item geben wir jme macht zu löſſen die guter des richs in ſinem biſthum gelegen, allen andern verphendt und die zu halten fur daſſelb gelt, dafur ſie andern verpſant ſteen, ſo lange biſs das ſie durch eynen *romiſchen Kunig*, der da zu zyten wer, geloſſet werden, ſo das die fruchte der ſelben guter, die er alſo loſen wurde, bynnen der zyt die heubtſumme ungerechent ſollen werden dieſelben fruchte, wer itzt, jme und ſiner Kirchen lediglichen geben und laſſen faren, Item uff iglichen artickel aller vorgenanten dinge, werden wir unuertzoglichen geben ſunderliche brieffe mit dem kuniglichen ſiegele, und dem keyſerlichen ſo ferrer wir zu der keyſerlichen irhohunge komen werden, vertzeichent, wann und wie dick wir daruber werden jrmanet, durch den vorgenanten Ertzbiſchoffen ader die Kirchen zu *Mentz*, auch beſtetigen beweren und jrnuwen wir ſunderlichen und uffentlichen dem ſelben Ertzbiſchoffe und der Kirchen zcu *Mentz* inter alia, inhalt der briefe jme von den *romiſchen* *Kuni-*

Digitized by Google

Kunigen gegeben uber das *ungelt und die Judden zcu Frangfurt.* Item werden wir dem Edeln *Eberharde von Bruberg* ſchæffen eyn widderkorunge des ſloſs zcu *Erpach*, das er verloren hatt, in dienſte der Kirchen zcu *Mentz* und werden jme recht ſchaffen und thun uber die ſtat *Moſbach*, und das recht das er haben ſal, an der *Muntz zcu halle*, nach inhalt ſiner briefe, die er daruber hat. Item werden wir *Otten Lantgrafen des Landen zcu heſſen*, dem herrn ader ſinen erben nit verlihen, die lehen die von todeswegen *Johanns* etwan ſins bruders dem rich verlediget ſin, ſunder wir werden ſie heiſchen und zu gerechtieheit des richs als wir ſchultig ſin widderbringen, und wir werden dem vorgenanten Ertzbiſchoff, wan wir durch ermant werden und ſine nachkommen getruwlichen helffen, und globen jme zcu helffen, mit unſern arbeyten und Koſten, zu heiſthende zcu behaltende und jntzunemende, die lehn, die von todeswegen deſſelben *Johanns* verledigt ſin, der Kirchen zcu *Mentz*, und der ſelb Ertzbiſchoff wirdet uns glicherwiſs helffen, nach ſinem vermoge dieſelben lehne des richs zcu erfolgen. Item globen wir werden wir das *lant zu Doringen* jn gewynnen, das wir alle und igliche lehne die die *Lantgrafen von Doringen* von der Kirchen zu *Mentz* und den Ertzbiſchouen daſelbſt, han gehabt, und ſulgen zu haben, und ſunderlichen die ſtat zu *Gotha* mit ſinen zugehorungen dem Ertzbiſchoff und Kirchen zu *Mentz* werden geben ubergeben und laſſen und der jne und ſine nachkomen als ander jr eygen guter zu gebruchen lediglichen laſſen. Item demſelben Ertzbiſchoffe beuehlen wir ledighlichen unſer ſtat, gebende jme folle macht zu thunde unſer *erſten bethe* an unſer ſtat und in unſerm namen, jn iglichen Kirchen der groſſen und andern Kirchen ſtifften und Conventen in der ſtat und biſthum zu *Mentz*, fur perſonis darjnn uffzunemen, ſo als das bisher durch gotlicher gedechtniſs *romiſche Keyſer und Kunige* loblichen

gewonlichen iſt als jne dunckt des eyn notturfft ſin gelobende das wir nummer widder ſoliche unſer verhengunge als verlihunge komen wollen nach richts noch unrichts, ſunder die bete, die derſelb Ertzbiſchoff von der genant verlihunge wegen an unſer ſtat thunde werdent, uff das ſie jren rechten ende gewynnen werden wir ſolliglichen hanthaben und orteylen. Itzt unredlich und krafftloſs ob ſilicht durch unwiſſenſchafft der tat, durch uns, eynen andern ader jgliche ander, etwas widder dieſe unſe verlihunge furgenommen werde ader furgenommen wurde, wir vertziehen auch gentzlichen und uffentlichen des behelffen, die zu Latine heiſſt *doli mali, actioni in factum, non numerate, non tradite non ſolute pecunie*, und gemeynlichen und ſunderlichen allen beholffen troſtunge und ſchirmunge des unrechts und der tat auch dauon man ſunderliche gedechtniſs ſolte thun, durch die, dieſe unſer gabe jrnuwunge gelubde verbuntniſs ader geſchickniſs vorgenant, verhindert ader widderwerfen ader in eynicher maſs zu brochen werden mochten des dann zcu gezugniſs, und ewiger ſterkede haben wir dieſe ſchrifft verzeichent geben mit unſer Majeſteten Imbildunge, Geben *Colne* im jaren unſers herren M. CCC xlIJ^to jm vierden nonas Decembris im erſten jaren unſers richs.

2. Dec.

a) Confirmationis, & *Capitulationis particularis, ſ. pacti publici cum Petro initi* ſpeciem hæc charta exhibet. *Præludia Capitulationis perpetuæ Cæſareæ* medio ævo, in his Electorum pactis cum Imperatoribus quærenda ſunt; inde publicatione & collectione digniſſima; magnam quippe lucem hiſtoriæ ſtatus, & Capitulationis Cæſareæ adlatura. Admodum vero memorabilis eſt ſequens charta, ſtatum jurium A. Epiſcopi, prætenſionum, & temporis graviter exponens.

b) Hoc argumento uſa poſtmodum poſt direptionem eſt civitas *Magontina*, in vindiciis libertatis ſuæ, in Curia Cæſarea exhibitis, A. 1464. adſerens, in illa *Ludovici Bav.* Capitulatione cum *Petro A. Ep.* nonniſi *Eccleſias, & eccleſiaſtici ordinis homines* ab ipſo Imperatore & A. Epiſcopo pro ſubditis eſſe declaratos, ſibique

que inſuper ab hoc Imperatore *ſalvatoria & protectoria ſpecialia, de incolumi ſervando ſtatu ſuo* fuiſſe conceſſa. Sed gnaviter huic reſpondit A'Epiſcopus *(Adolfus* II.*)* in *Defenſione* ſua, in dicto Curiæ imperialis judicio exhibita 1465. 22. Jun. quam, cum luci exponere nolimus, hic non exſcribimus.

c) Comitatus, ſ. Comecia *Bachgowe*, cujus notitiam vetuſtiſſimam tot chartæ ſuppeditant.

d) *Advocatia ſuper miniſteriales & Caſtrenſes Eccleſiæ Magontinæ* qui ſimul erant *Imperii miniſteriales*.

e) i. e. Spondet *Ludovicus*, tria oppida diœceſeos A'Epalis *jure civitatis* donandi; *libertate civitatem*, ex ejus ævi loquela idem, quod dare *jus civitatis*. *Jus* enim *burgenſium*, a *jure villanorum* diſtinctum, unice tunc temporis in *privilegiis*, & *conceſſis libertatibus*, *honoribus & præeminentiis* reſidebat, privilegiorum ſpectabiliſſimum erat, *jus propriæ defenſionis*, *communitatis burgenſis*, *advocatiæ*, *ſenatus ordinandi* &c.

XLVI.

König Ludewig confirmacien aller privilegien der Kirchen zu Mentze. An. 1314.

Ludewig *von Gots gnaden Romiſcher Konig zu allen zyten merer des richs* allen des heilgen richs getruwen beyde geynwertigen und zukunfftigen die diſſe brieffe horen oder ſehen werdent ſine gnade und alles gut. Es zymmet ſich unſern majeſteten hocheit das wir clarer gedechteniſſe unſer furfarn Keyſer und Konigen und beſunder der Kirchen zu *Mentze* durch die wir in perſonen des *wirdigen Peters Ertzbiſchoff zu Mentze unſers liebſten furſten* durch den wir zu der Koniglichen wirdekeit kommen ſin groſs hocheit der ere enphangen haben alle privilegia in der zyt unſer ſelicheit poben allen dingen unuerſeret gehalten werden und want nu privilegia hantfeſtunge getzuge oder inſtrument beide geiſtlicher und werntlicher fryheit daz mann keyne Ertzbiſchoffe biſchoffe prelaten ſtifft Kyrchen cloſter phaffen und geiſtlich lute den ſtaid und ſtifftunge zu

Mentze yn eyncherley wiſe vor werntlich gericht als von der wirdekeit nutz und ere der Ertzcantzler der graffſchafft *Bachgauw*, von der ſtat *Selgenſtat*, von dinſtluten getruwen burgluten und andere lute wegen der Kirchen zu *Mentze* zugehorig von wilcherley pflicht oder von welcherley amptwegen der dinſlicheit odir dinſt das were fur unſer durchluchtikeit odir *Vendirs* unſers richters verhorunge und gericht umb eyncherley ſachen willen nit zu zeyhende Ee dann eyn Ertzbiſchoff zu *Mentze* der zu zyten were darumb angeruffen recht zu geben und zu thun ſumig wurde und auch gemeynlichen und uberall alle privilegia und hantfeſten aller gnade begabunge fryheit und beſitzunge gerichts und gebiete Lehen verliehunge verhengunge allir gunſt recht und ere die den Ertzbiſchoffen Biſchoffen, prelaten Kirchen Munſtern, und geiſtlichen perſonen der ſtaid und biſtums zu *Mentze* von unſern furfarn *romiſchen Keyſern und Koningen* und mit namen von milder gedechteniſs etwan *Konig Adolff* unſerm furfarn bisher verluhen ſint jn iren creffiten gantz und gar gehalten zu werden als ab die von unſern henden geraiht weren worden von rechter wiſſenhafft beſtedigen wir und kuniglicher miltekeit gebruchende erfullen wir die gegenwerteclich und wollen auch nit das die an eynchem ende durch eyns menſchen boiſheit geletzt oder durch eynche ernuwerunge gewandelt oder verandert werden ſullen ſunder daz ſie ungeletzt und ungeſchediget zu ewigen zyten bewart ſollen werden und darumb ſie keynen mann erleubet Und des dings an gezugniſſe han wir dieſe unſer brieue gegeben mit unſer majeſteten Ingeſiegel verſiegilt geben zu *Collen* IIIJ[to] non. Decemb. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo XIIIJ[to] regni vero noſtri anno primo. 2. Dec.

Cf. *de Gud. C. D. M.* T. III. p. 97. 100. 104. 106. 107. 108. 109. 110. 111. Ex his cartis adparet veriſſima eſſe, quæ notavit *Ohlenſchlager Staatsgeſch. des Röm. Kaiſerth. in der erſten Hälfte des*

des XIV. Jahrh. S. 80. „ Übrigens muſte Herz. Ludwig bereits fünf Wochen vor ſeiner Wahl ſattſam erkennen, wie vieler dem mainziſchen Erzſtifte für die hiebey von deſſen Kurfürſten Peter angewandte viele Mühe und erwieſenen großen Gefälligkeiten habe ſchuldig werden wollen: denn die damal von ihm ausgeſtellten Reverſe, und Verſprechungen auf den Fall ſeiner Erhebung zum Reiche, entdecken genugſam, daß Petrus eben ſo wol die Vortheile ſeiner Freunde, als ſeine eigne zu befördern gewuſt habe. „

XLVII.

Litera quod Albertus & Albertus de Mulburg vendiderunt XXIIII. Lib. denar. Erford. annui cenſus (a), *quos habuerunt in feudum a Domino, & in recompenſam feudi hujuſmodi aſſignaverunt quinque manſos ſitos in Mulburg. An. 1315.*

Nos *Albertus miles*, & *Albertus* fratres filii quondam *Alberti advocati militis in Mulburg*, tenore præſentium recognoſcimus, & ad notitiam ſingulorum cupimus pervenire, quod viginti quatuor talenta denariorum *Erford.* bonorum & legalium annui Cenſus, quæ nos & progenitores noſtri dudum tenuimus & poſſedimus, a *Venerabili in Chriſto patre ac Domino Domino noſtro Petro Archiepiſcopo Mogunt.* & prædeceſſoribus ſuis, & ab ipſa *Eccleſia Mogunt.* jure caſtren. feudi in dicto caſtro *Mulburg*, quæ nobis de allodio ejuſdem *Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntini* in *Erford.* annis ſingulis ſolvi & dari conſueverunt, accedente ad hoc conſenſu & voluntate eiuſdem *Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntini* conſiderantis nos fore oppreſſos gravibus oneribus debitorum vendidimus & tradidimus honorabili viro *Domino Hugoni Canonico Eccleſiæ Heiligenſtadenſis* proviſori allodii prædicti, vice & nomine dicti *Domini noſtri Archiepiſcopi Mogunt.* ad hoc ab ipſo ſpecialiter mandatum habenti pro centum & viginti talentis denariorum *Erfordenſium* nobis utiliter perſolutis ac integra-

liter numeratis. Ita ſane quod in reſtaurum dicti annui Cenſus deputavimus, aſſignavimus, ſimiliter ad hoc accedente conſenſu *Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntini* ſupradicti deputamus & præſentibus aſſignamus, quinque manſos ſitos in Campo villæ *Mulburg*, quos antea ab ipſo *Domino noſtro Archiepiſcopo Moguntino* & ab *Eccleſia* ſua *Moguntina* prædicta in feudo tenuimus & poſſedimus pacifice & quiete. Ita videlicet quod nos & hæredes noſtri de eiſdem quinque manſis ſerviemus, tanquam de feudo caſtrenſi in *Mulberg*, præſtabimus etiam & faciemus omnia & ſingula ſervitia quæ præſtare & ſervire de viginti quatuor talentis prædictis annui cenſus, tanquam debita jure Caſtren. feudi tenebamur: hoc etiam expreſſe addito & Condicto, quod ſi nos, aut alter noſtrum, ſeu hæredes noſtri, vel noſtrorum alterius motu proprio dictum feudum noſtrum caſtrenſe in dictis quinque manſis deſereremus nec de ipſo præſtaremus debita ob inde ſervitia & conſueta, quod extunc idem *Dominus noſter Archiepiſcopus Moguntinus* & ejus ſucceſſores, qui pro tempore fuerint, de eiſdem quinque manſis tanquam de bonis ſibi vacantibus libere diſponendi ſeu aliis, vel alteri conferendi, dicto jure liberam habebunt facultatem: Renunciantes obinde exceptioni doli mali, exceptioni non numeratæ pecuniæ, & univerſaliter omni exceptioni legis vel Canonis, per quam vel quas dictus contractus poſſet in aliquo vitiari. In cujus rei teſtimonium dedimus has literas ſigillo *honorabilis viri Domini Hertwici Decani Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Erforden.* noſtris puoque ſigillis propriis fideliter communitas. Nos quoque *Hertwicus Decanus ſanctæ Mariæ Erford.* ſupradictæ recognoſcimus, quod ad petitiones *Alberti militis*, & *Alberti* fratrum prædictorum noſtrum ſigillum præſentibus apponi fecimus in teſtimonium omnium præmiſſorum. Teſtes hujus rei ſunt, honorabiles viri, *frater Henricus de Baſilea ſacerdos præbendatus in Eccleſia*

ſanc-

Digitized by Google

ſancti Auguſtini in Erford. Gyſelerus de Gebeze, & *Leopoldus* de *Arnſtede* magiſtri, *Rudolphus* de *Alich junior*, *Schulthetus* in *Erfordia*, *Abraham* de *Rotenburg* judæus, & quam plures alii fide digni. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo quinto. Decimo Kal. Martii. *20. Febr.*

a) Vid. num. XL. ubi de cenſibus *Erfordienſibus*.

XLVIII.

Warandia ſuper vendita parte quarta oppidi Orba. An. 1315.

Nos *Bertoldus* de *Nyſen* & *Rudolfus* de *Wertheim Comites* ac *Conradus* de *Hohenloch* recognoſcimus, quod ſuper venditione quarte partis opidi *Orba* (a) cum ſuis pertinentiis univerſis facta per ſpectabilem virum *Bopponem Comitem* de *Eberſtein venerabili in Chriſto patri & Domino Petro Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntin.*, & warandia preſtanda per eundem *Bopponem* eidem *Domino Archiepiſcopo* ſucceſſoribus ſuis & *eccleſie Magunt.* ſuper bonis hujuſmodi contenta plene in litteris ejuſdem comitis deſuper confectis, ſecundum formam & tenorem litterarum earundem in ſolidum nos conſtituimus per preſentes fide corporaliter preſtita loco juramenti, debitum fidejuſſionis bonorum fidejuſſorum more exſolvere, donec contenta in eiſdem litteris prædictis omnes adimpleat integre & ex toto. Renuntiamus quoque in premiſſis exceptioni quod vi aut metus cauſa doli mali ac omni alii exceptioni ſeu juris beneficio ſcripto vel non ſcripto que nos ſeu quemlibet noſtrum poſſent in contrarium juvare ſeu nobis & cuilibet noſtrum quomodolibet ſuffragari (b). harum litterarum teſtimonio ſigillorum noſtrorum robore ſignatarum. Da-

tum

Digitized by Google

tum prope *Spyram* anno Domini milleſimo CCC quinto
14. *Mart.* decimo II Idus Marcii.

a) *Orba* oppidum a Salinis notum tribus a *Gelhauſen* horis diſtat.

b) Ex formulis hiſce renuntiationum grave argumentum *de uſu forenſi jurium peregrinor. ſpeciatim in terris Magontinis* deſumi poteſt, quippe qui ex chartis Sæc. XIII. jam uberrime eluceſcit. Acta interim *Gerlaci A'Epiſcopi Mag.* cum *Ludovico Bavaro* de ordinanda in judicio Curiæ Imperialis juris legumque norma, ſinceram demum juris peregrini ad cauſas ſtatus & juſtitiæ Imperii adplicandi criſin & rationem continent, inde ſpeciali elucubratione digniſſima. Sed & illud non prætereundum ſilentio, ex his omnibus pateſcere, falſum comminiſci eos, qui juris peregrini a ſcholis ad fora illapſi meatum defendunt, cum teſtatiſſimo nunc conſtet, non a ſcholis ad fora, ſed potius *a foris Germaniæ, ad ſcholas traductum eſſe infauſtum juris hujus præconium.*

XLIX.

Conradus Cantor S. Petri Mag. Petro Archiepiſcopo offenſo omnem ſpondet ſatisfactionem.

Reverendo in Chriſto Patri ac domino ſuo, domino Petro Archiepiſcopo Mogunt. Ebirhardus Cantor, majoris & Hildebrandus Decanus ſancti Stephani Eccleſiarum Mogunt* cum debita reverentia quantum poſſunt obſequii & honoris. Veſtra noverit reverentia, quod ſicut a vobis recepimus in commiſſo *Conradum Cantorem Eccleſie S. Petri Mogunt.* qui, ut pro certo nobis videtur magis ſimplicitate quam temeritate ſeductus veſtram indignationem incurrit, & gratie veſtre de commiſſis penitens, ſuamque ſimplicitatem recognoſcens, cum magno deſiderio affectat reformari, audivimus qualem reverentie veſtre emendam & ſatisfactionem pro his que contra vos attemptare preſumpſit, exhibe-

exhiberet. Et uſque adeo tractavimus cum eodem, quod pro ſpeciali veſtra reverentia de Decanatu & prebenda Sancti *Petri* vacantibus per mortem quondam Decani ibidem in Magiſtrum *Bertoldum* prothonotarium veſtrum conſenſit & concanonicos ſuos ſibi adherentes ad conſentiendum induxit. Item ad exhibendam vobis ſatisfactionem evidentem & condignam ipſe procurabit convocari omnes Eccleſias civitatis *Mogunt.* & in preſentia earum corporale & ſollempne preſtabit juramentum quod de hiis in quibus vos offendit ex corde doleat, & ſemper dolere velit, & ea vobis in quibuſcumque poteſt in perpetuum reſervire. Et in evidentiam penitentie qua propter hoc ducitur, & ſatisfactionis vobis exhibende ex tunc ad nullum alium extraneum actum ſe convertens intrabit *clauſtrum majoris eccleſie* (a) *Mogunt.* ibidem ſecundum conſuetudinem ejuſdem majoris eccleſie in graviori culpa tamdiu ſine aliqua interruptione permanſurus quouſque digne emendatus & correctus per veſtram gratiam dimittatur dimittive mandetur. Et quia nobis, & aliis veſtris devotis, qui dictis tractatibus nobiſcum interfuerunt videtur, quod predicta emenda vobis cedat ad magnum honorem, ceteriſque preſumptoribus cavendi ſimilia ad exemplum. Reverentie veſtre ſupplicamus in quantum poſſumus & valemus, quatinus attendentes quod melius ſit de miſericordia quam de rigore omnipotenti reddere rationem predictam emendam, a predicto Cantore dignemini acceptare, ſententias contra eum & *Eccleſiam ſancti Petri* predictam per vos prolatas, gratioſe relaxando. In eo apud Deum meritum & apud homines commendationem vos continget ſine dubio promereri (b). Datum *Moguntie* VIJ. Kal. junij. *26. Maji.*

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino ſuo D'no Petro ArchiEpiſcopo Mogunt.

a) Ibidem carcer vel cuſtodia clericorum.

N (b)

b) Viſitationi & reformationi Eccleſiæ collegiatæ S. *Petri*, ſeſe oppoſuerat dictus *Cantor*, *Capitulum* in partes ſuas pertrahens, variis ei collatis privilegiis nixus. Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, privilegii contrarii neſciæ, rigorem obtendens *Petrus*, cum monitis Æ Epiſcopalibus necquidquam profeciſſet, ſeveritati, & cenſuris locum fecit. Dolens vices ſuas *Conradus*, pœnitentiam & ſatisfactionem, temporis genium probe exhibentem, in charta hac ſpondet.

L.

Littera qualiter Fridericus de Roſtorff miles debet conquirere Domino Petro & Eccleſiæ Magontinæ jus advocatiæ in Heilgenſtatt (a), *quod habuit Comes de Luterbergh. An. 1315.*

Ego *Fridericus de Roſtorff miles*, recognoſco, & ad univerſorum notitiam cupio pervenire, me promiſiſſe *Venerabili Domino meo Domino Petro Archiepiſcopo* & *Eccleſiæ ſuæ Moguntinæ* quod omnem ad hoc apponam opem & operam, quod infra trium menſium ſpatium, vel ſi ita breviter non poſſem hoc facere, quanto citius potero, dolo & fraude excluſis, acquiram mihi omne jus, quod in *advocatia in Heiligenſtatt* habet a *Domino Archiepiſcopo* & *Eccleſia moguntina nobilis vir Dominus Otto Comes de Lutterberg* & jus quod in eadem advocatia habet ulterius *Hildebrandus de Hartenberg miles* conſanguineus meus, ab eodem comite. Et ex tunc ipſam advocatiam libere dabo pro ſalute animæ meæ, perfecta donatione inter vivos, *Domino Archiepiſcopo* prædicto, & *Eccleſiæ ſuæ Moguntinæ*, perpetuo poſſidendam, ſicut advocatias in villis *Scheyden* & in *Syboldeshuſen*, eidem *domino Archiepiſcopo* & *Eccleſiæ ſuæ* dedi & donavi. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum præſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domi-

Digitized by Google

Domini Milleſimo trecenteſimo Decimo quinto, ſecundo Idus Auguſti. *12. Aug.*

a) *Eichsfeldiæ* primaria civitas, numeratur inter antiquas *Eccleſiæ Magontinæ* poſſeſſiones.

b) *De Advocatia oppidi Heiligenſtadt*, & quænam Sæc. XIII. XIV. ad eam pertinuerint, ejuſque fatis, daturi olim vetuſtiſſimum ſcabinorum Demonſtrationem, *(Weyſtum vber die Vautye zu Heiligenſtette)* chartasque ad eam antiquiſſimas, in opere, cujus ſpem multoties dedimus larga dicendi erit occaſio. Cl. *Bodmannus*.

LI.

Qualiter Caſtrum Hirtzberg debet eſſe aperibile Domino & Eccleſiæ Magontinæ. An. 1315.

Nos *Fridericus miles* & *Richolfus fratres* de *Hirtzberg*, recognoſcimus publice per præſentes quod *venerabilis in Chriſto pater & Dominus Petrus Archiepiſopus Moguntinus* nos in ſuos & *Eccleſiæ ſuæ Moguntinæ* Caſtren. in *Amoeneburg* & fideles adjutores acquiſivit, Et propter hoc & quod ſibi, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ contra omnem hominem cujuſcunque ſtatus aut conditionis exiſtat, & ſpecialiter durante diſcordia inter ipſum *Dominum noſtrum*, & *Illuſtrem principem Dominum Ottonem Landtgravium terræ Haſſiæ Dominum* contra eundem *Dominum Landtgravium* cum decem armatis bene expeditis in caſtro noſtro *Hirtzberg* (a), ſub propriis noſtris expenſis, extra vero ipſum Caſtrum ſub ſuis ſervire tenemur fideliter & aſtare ipſe infra unius anni ſpacium nobis dare & ſolvere promiſit centum marcas denar. *colonien.* tribus *hallenſ.* pro denario quolibet computatis, perſoluta quoque nobis ipſa pecunia redditus decem marcarum *Colonienſium* denar. in bonis noſtris propriis & liberis caſtro *Amoeneburg* magis ad-

jacentibus ſibi & *Eccleſiæ ſuæ Moguntinæ* tenebimur reſignare, quos nos & poſt nos hæredes noſtri, a præfato *Domino noſtro Archiepiſcopo ſucceſſoribus ſuis*, & *Eccleſia moguntina* pro caſtren. feudo recipere & habere tenebimur, & in caſtro *Amoeneburg* antedicto ut caſtren. fideliter ſervire. Caſtrum quoque noſtrum *Hirtzberg* prædictum & dimidietas noſtra caſtri *Rumerode* in omnibus ſuis neceſſitatibus, & *Eccleſiæ ſuæ* prædictæ, contra omnem hominem, cujuſcunque conditionis aut ſtatus exiſtat perpetuis temporibus eſſe debent apertæ, ſibi, ſucceſſoribus ſuis, & *Eccleſiæ Moguntinæ*. Et eſt actum, ſi prædictas centum marcas ſtatuto ad hoc termino nobis non perſolverit, quod ex tunc quolibet anno in feſto beati *Martini Epiſcopi*, decem marcas *Colonienſes* nobis dabit, quouſque prædictæ centum marcæ, nobis ut præmittitur, fuerint perſolutæ, ad quæ omnia & ſingula fideliter obſervanda, nos & hæredes noſtros prædictos obligamus & aſtringimus per fidem noſtram ſuper eo præſtitam loco & nomine juramenti. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo quinto. Nono Kalend. 23. Sept. Octobris.

a) An. MCCCXXIX. *Balduinus Archiep. Trevir. Adminiſtrator Magontinus* poſſeſſionibus Eccleſiæ adjecit partem caſtri montisque *Hirtzberg*, quam pretio centum & quinquaginta librarum *Hallenſium* coemit ab *Reinhardo Domino de Stralenberg*.

LII.

Item littera vidue de Weſterburg ſuper feodo Magontino. An. 1315.

Nos *Agnes relicta* quondam *Domini Heinrici Domini* de *Weſterburg Reinhardus* & *Johannes* nati eorundem *D^ni^ Hein-*

Digitized by Google

Heinrici & *Domine Agnetis* nunc *Domini* in *Weſterburg & Alheidis* relicta quondam *D'ni Sifridi* de *Weſterburg* fratris predictorum *Dominorum Reinhardi* & *Johannis* recognoſcimus quod noſtrum & omnium heredum noſtrorum nomine & ſpecialiter nomine heredum quondam *Domini Sifridi* de *Weſterburg* videlicet *Heinrici Reinhardi* & *Mene* quorum tutelam vel curam ego *Reinhardus* predictus gero omni impeticioni accioni & juri ſique progenitoribus noſtris nobis aut noſtris heredibus competierunt vel competunt quoquo modo contra *Ven. in Criſto Patrem & D'num noſtrum D'num Petrum ArchiEpiſcopum Maguntinum* aut *Eccleſiam Maguntinam* communiter vel diviſim omni dolo & fraude excluſis pure & libere renunciavimus & preſentibus renunciamus volentes eidem *Domino ArchiEpiſcopo* & *Eccleſie ſue* in antea ſervire in quibus poſſumus & valeamus & ſpecialiter quia predictus *D'nus noſter ArchiEpiſcopus* nobis centum & quinquaginta marcas denariorum *Colon.* tribus *hallenſibus* pro denario quolibet computatis dedit & donavit in hunc modum, quod quicunque in antea ſenior (a) in noſtra progenie fuerit & dummodo in *Weſterburg* (b) obtinuerit ſuus & *Eccleſie Maguntine* Vaſallus eſſe debeat & in bonis noſtris proprijs que magis bonis dicti *Domini noſtri ArchiEpiſcopi* adjacent redditus quindecim marcarum dicti pagamenti eidem *D'no ArchiEpiſcopo* & *Eccleſie* ſue *Maguntine* in proximo feſto beati *Martini* yemalis reſignabimus & reſignare promittimus, quos redditus ego *Reinhardus* quam diu dummodo in *Weſterburg* tenuero & poſt me frater meus vel qui ſenior in parentela noſtra fuerit & dummodo in *Weſterburg* obtinuerit a *Domino ArchiEpiſcopo Maguntino* qui pro tempore fuerit & *Eccleſia Maguntina* recipere tenebimur in feodum & fideliter deſervire promittimus eciam ſi ſuper aliquibus impeticionibus exaccionibus vel juribus nobis vel heredibus noſtris competentibus contra predictum *D'num ArchiEpiſcopum* vel *Eccleſiam Maguntinam*

Digitized by Google

tinam aliquas litteras quocunque tempore invenerimus quod illas mox ipſi *D̃no ArchiEpiſcopo* & *Eccleſie ſue* reſtituemus & nichilominus omni commodo hujuſmodi litterarum cujuſcunque tenoris exiſterent renunciamus volentes eas impoſterum nobis vel ſucceſſoribus noſtris penitus non valere, Nos inſuper *Agnes Reinhardus* & *johannes* ac *Alheidis* ſupradicti promittimus nos procuraturos & effecturos quod *Heinricus Reinhardus* & *Mena* heredes quondam *Sifridi* de *Weſterburg* predicti cum ad etatem provectam (c) pervenerint omnia ſupradicta rata tenebunt & de eis firmiter & inviolabiliter obſervandis ſimiliter litteras ſuas dabunt. In quorum omnium teſtimonium & perpetuam firmitatem nos *Agnes Reinhardus & johannes* fratres & *Alheidis* ſupra dicti ſigilla noſtra noſtro & omnium heredum noſtrorum nomine & ſpecialiter nomine heredum quondam *Domini Sifridi* de *Weſterburg* predicti videlicet *Heinrici Reinhardi* & *Mene* preſentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini Milleſimo CCC° XV° X Kalendas januarij.

23. Dec.

a) *Senioratus* in recognoſcendis pluribus feudis *Maguntinus* frequens obtinuit in familiis illuſtribus factumque id, ne diſcordiis, & diviſionibus tunc temporis admodum uſitatis, ſervitii feudalis exhibendi obligatio in partes, & contentiones ſcindantur. Ab hoc *ſenioratu feudali*, probe diſcernendus ille, *qui ſucceſſionis ſpecialis ordinem in feudis exhibet.* Juris primogenituræ olim præambulus, poſtea ſuppar, nunc hinc inde adhuc, rarius tamen, obtinens. Cf. *Rudloff diſſ. d. jure ſenii in famil. ill. & nob. Germ.*

b) Comitatus *Weſterburg* conterminus & terris *Siegenſibus.* Oppidum hujus nominis quatuor *Wetzlaria* diſtat milliaribus.

c) Alias: ***Wenn ſie zu ihren Tagen kommen.*** Pubertatis terminus, terminus quoque majoribus noſtris, ſingula, quæ infantes reſpexerant, conſenſu, ratihabitione, & ſacramento obfirmandi; eratque & hujus regionis more, annus fere XIII. Dura ſæpe parentum.

tum, aliorumque ad procurandum hunc puerorum conſenſum, ſiquidem hunc terminum attigerint, ſub clauſula obſtagiali, ſub feriis eſurialibus, ſub pœna pecuniaria, vel alia, obligatio. Præclaram majorum in his rebus fidem, ſolertiam & ingenium exhibet juriſprudentia *Germanica* medii ævi. Nata ex hoc ratihabitionis more *die Beſchwörung der Haus- und Stammverträge, – der Ritterſtatuten*, aliarumque unionum. &c.

LIII.

Recognitio Abbatis & Conventus montis S. Johannis in Ringavia ratione conceſſionis curruum & equorum. An. 1316.

Nos *Rupertus Dei gratia Abbas totuſque conventus Eccleſie montis ſancti johannis Baptiſte in Ringavia* recognoſcimus, quod quotienſcunque *Reverendus D'nus noſter Dominus Petrus Archiepiſcopus Moguntinus* indigentiam noſtrorum curruum vel equorum habuerit, ſibi ipſos certitudinaliter concedemus nec non ad ſervicia omnia & ſingula °, in quibus *Eberhardus* & *Nicolaus* filius ejus noſtri coloni eo tempore, quo noſtra bona obtinent, dicto *Domino noſtro* tenentur vel teneri poſſent in rebus vel perſonis, nos pro eis faciemus quando & quotiens fuerimus requiſiti (a). In cujus rei teſtimonium preſentem litteram ſigillo noſtri conventus dedimus ſolide roboratam. Datum Anno D'ni M° CCCXVI. In vigilia beate *Agathes* virginis. *4. Febr.*

° *Ungemeſsne Frohnden und Dienſte.*

a) Unde adparet, Colonos coenobiorum non ſemper uſos eſſe plenaria illa, qua coenobitæ ipſi, immunitate a ſervitiis, ſpeciatim in *Archidiœceſi Magontina*. Id quod ex chartis fere innumeris, largas colonorum Eccleſiaſticorum præſtationes, & onera, Domino territoriali debita récenſentibus facile demonſtratur. Cf. *Ludovici*, diſſ. *de Immunit.* non excuſante. *Hoffmann* de *Immminut. Caſtror. & Caſtrenſ. G. D. Struben, v. der Steuerfreiheit des T. Adels (Nſtund. Th. III.)*

res

res ſagaciori diſquiſitione digniſſima. Indolem ſervitii *Monaſterii S. Joĩs in Rhing.* exhibet recenſus jurium, *das Weisthum des Kl. St. Johans im Ringauwe, ſente Benedictine ordens* Sæc. XIV.

LIV.

Item littera Heinrici D'ni de Hoenvels ſuper feodo Magontino. An. 1316.

Nos *Heinricus Dominus de Hoenvels* conſtare volumus univerſis preſencium inſpectoribus a *Reverendo Domino noſtro Petro ArchiEpiſcopo Maguntino* centum marcas *Colonienſes* nos recepiſſe in hunc modum, quod ipſi *Domino noſtro ArchiEpiſcopo* predicto aſſignare & oſtendere teneamur ſuper noſtris bonis liberis & certis decem marchas annuales *Colonienſium* denariorum, pro quibus vero decem marcis nos & noſtri heredes erimus ſui Caſtrenſes perpetue in *Olmena*,° liberi & ſoluti (a). Hanc aſſignationem ſeu reſignationem *Nos* & *Gutta* noſtra collateralis pariter manu communicata fecimus *johanni ſcriptori Curie Pingwenſis* vice & nomine *Domini noſtri ArchiEpiſcopi* memorati ſuper noſtris bonis proprijs in terminis ville *Leybenheim* ſitis videlicet ſuper quatuor & dimidio jugeribus vinearum ſitis in pomerijs prope villam *Leubenheym*, Item ſuper altero dimidio juger. vinearum ſito in *Platten* prope villam *Leubenheym*, Item ſemper dimidio jugero ſito retro domus in pomerijs juxta villam *Leubenheym*, Item ſuper duobus jugeribus vinearum ſitis *zu dem Wiger* prope villam *Leubenheym* per que *johanni* ſcriptori predicto ſecundum ſentenciam judicum & ſcabinorum ville *Leubenheym* ſufficere videbatur. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini Milleſimo CCC° XVI° feria quinta proxima poſt diem Paſche.

° *Inferiore.*

15. Apr.

a)

a). *Ledigman* dicti, i. e. ad juvandum in Caſtro contra *quoſcunque, nullo excepto*, obligati.

LV.

Item littera Theoderici de Runckel ſuper dimidio thurono in theolonio Lanſtein nomine feudi Caſtrenſis. An. 1316.

Nos *Theodericus Dominus de Runckel* (a) recognoſcimus in hijs ſcriptis quod quia *R'dus in Chriſto Pater & Dominus D'nus Petrus Archiep. Mag.* nos in ſuum & *Eccleſie Maguntine* caſtrenſem liberum qui *ledig burgman* vulgariter dicitur in Caſtro ſuo *Lanecke* conquiſivit & pro eo ducentas libras *hallenſium* dare promiſit, quas nobis recipiendas & percipiendas in theolonio ſuo in *Lainſtein* deputavit ita quod in eodem theolonio quam primum ab eis quibus jam obligatum eſt, vacare contigerit, dimidium *thuronum Groſſum* recipere & percipere incipiamus & tamdiu recipiamus, quouſque de dictis ducentis libris *hallenſium* nobis plenarie fuerit ſatisfactum (b), Nos eidem *Domino ArchiEpiſcopo* promiſimus & promittimus in hijs ſcriptis quod cum prefatam pecuniam recipere inceperimus in theolonio memorato ex tunc viginti librarum *hallenſium* redditus in bonis noſtris proprijs & liberis dicto Caſtro *Lanecken* magis adjacentibus ipſi *D'no Archiepiſcopo* demonſtrare & reſignare antequam plene perceperimus pecuniam ſupradictam & eas nos & heredes noſtri a predicto *Domino ArchiEpiſcopo* ſucceſſoribus ſuis & *Eccleſia Magunt.* in caſtrenſe feodum liberum quod *ledig burglehen* vulgariter appellatur recipere & habere tenebimur in dicto caſtro *Lanecken* fideliter deſervire. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus litteris eſt appen-

O ſum.

ſum. Datum in *Brunna* Anno D'ni M° CCC° XVI.
11. Jul. quinto Idus julij.

a) Vid. Cl. *Wenckii Heßiſche Landsbeſchreibung* p. 482. ſq.

b) Largæ medio ævo in theloneis aſſignationes in Archidiœceſi, quod hæc ad fundos uberrimos proventuum A'Epiſcopi referebantur. *Turonus*, *(Thornoſe)* non certus quidam nummus, ſed *pars* hic *quædam intellectualis*, *ſ. quota proventus thelonearii* intelligenda, quæ aſſignatariis ceſſit. Data inſuper ſæpius ab A'Epo facultas, receptorem, cum arca & clavi ſpeciali deputandi, qui partem aſſignatam colligat. Vaſtum in his terris ſyſtema & ratio veterum Theloneorum, quod grande volumen expoſcit, lucubratione ſimiliter adhuc indiget. Stipendia militaria, caſtrenſia, pagamenta fere de quacunque re, aſſignata in theloneis *Ernfels*, *Lonſtein*, *Hoeſte*, *Vilzbach*, &c.

LVI.

Diz iſt des capittels brief zum Dum zu Meintz daz die burger zu Meintz vor daz rich noch vor den Ertzb. noch vor den Stifft zu Meintz nit pantbar enſint. (a) An. 1316.

Univerſis principibus nobilibus militibus Civitatum civibus ceteriſque litterarum preſencium inſpectoribus & auditoribus *Otto Dei gratia Decanus Eberhardus Cantor totumque Capitulum Eccleſie Maguntine* ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Ne rei veritas obnubiletur, ſed in lucem prodeat incognitis & clareſcat, nos igitur velut a noſtrorum predeceſſorum propriaque noticia experti ſumus, omnibus quorum intereſt aut intereſſe poterit innoteſcere volumus per preſentes, quod licet nobiles *Conradus* de *Kerpena* & *Wilhelmus* de *Mandelſcheit* Domini,

mini, Civium *Maguntinorum* pignora invaſerint & occaſione Imperij ac *Reverendi Patris* & *Domini noſtri P. ArchiEpiſcopi Maguntini* ac *Eccleſie Maguntine* bona dictorum civium abſtulerint ipſoſque captivaverint dicti tamen cives *Maguntini* pretextu Imperij *ArchiEpiſcopi Maguntini* ac *Eccleſie* non ſunt impetendi ſeu aliqualiter pignorandi. In quorum teſtimonium noſtrum ſigillum ad preces civium predictorum duximus preſentibus appendendum. Actum & Datum Anno Domini Milleſimo CCC° XVI° ſabbato proximo ante diem beati *Galli.* (b) 9. Oct.

a) Libertates & privilegia civium *Magontinorum* leguntur *in der rachtung zwiſchen der Burgerſchafft und Cleriſey zu Meintz* de an. 1332. Vid. *Subſid. Diplom.* T. XII. p. 363. ſq.

b) Refert ſe procul dubio hæc charta ad inſpectum a Capitulo forſan privilegium *Wilhelmi R. R.* 1254. Conceſſum civibus *Magont. quod nunquam illos impetere, nec pro debito Imperii eos impignorare velit*, quod poſtea extendit *Rudolfus Habsburg* 1284. *quod occaſione gwerre, perſone, res, & bona eorum a nemine captivari, abduci, ad ſervicium inconſwetum exigi, aut alio quodam modo ex cauſa neceſſitatis Imperij moleſtari aut pregravari poſſint ac debeant in futurum, ſed liberi ſint prorſus ab omni onere, quiti & abſoluti. &c.* Anſam chartæ ſuperiori dubio procul dedit hereditaria illa *Hoenfelſiorum* cum *civibus Magontinis* contentio, longo tractu, gravibus vexis, diris multis A'Epalibus, & frequentibus compoſitionibus, parum proficuis decantata.

LVII.

Item littera quod R. & J. de Weſterburg redditus in villa Mensfelt tenent ab Eccleſia Magontina in feudum. An. 1316.

Univerſis has litteras viſuris & audituris nos *Reinhardus Dominus* de *Weſterburg* & *johannes* (a) noſter *Germanus* no-

tum

Digitized by Google

tum facimus & publice profitemur, quod conſtituti propter hoc perſonaliter in villa *Mensfelden* coram ſchulteto & ſcabinis ibidem redditus noſtros proprios quindecim marcarum quos annuatim in eadem villa habemus reſignavimus & reſignamus per preſentes ad manus ſtrenuorum virorum *Gilberti* & *johannis* fratrum *militum* de *Katzenelnbogen* recipientium ipſos redditus nomine *Reverendi Domini noſtri D'ni Petri Dei gratia ſancte Maguntine ſedis ArchiEpiſcopi* recipientes denuo ipſos redditus quindecim marcarum quod nos noſtrique heredes a predicto *Domino noſtro ArchiEpiſcopo Maguntino* poſſidebimus perpetuo commodo & gratia feodali, ſuper hijs in teſtimonium ſigilla noſtra duximus iſtis litteris apponenda. Datum Anno Domini Milleſimo CCC° ſexto decimo in craſtino beati *Nicolai* Epiſcopi. *7. Dec.*

a) *Reinhardus de Weſterburg* & *Joannes* frater ejus parentes habuere *Heinricum Dominum in Weſterburg* & *Agnetem* prognatam e Dynaſtis *Limburgenſibus ad Lahnam*, ſororem *Imaginæ* imperatricis *Adolfi* Imperatoris conthoralis. Vid. *de Gud.* T. III. p. 133. ubi plura de hac familia notantur.

LVIII.

Ludovicus Rex Rom. ob quædam debita Wernhero ſculteto in Oppenheim obligat officium oppidi in Petersheim. An. 1317.

Ludowicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cum nos *ſtrenuo viro Wernhero* filio quondam ſculteti in *Oppenheim* (a) *militi*, fideli noſtro dilecto pro mille libris *hallenſ.* in quibus eidem pro antiquis debitis

tis

Digitized by Google

tis ſuis & pro certo nnmero armatorum, quibus nobis & imperio ſervire promiſit, ſumus racionabiliter obligati, officium opidi noſtri in *Petirſheim* (b) cum juribus & pertinentijs ſuis tenendum & poſſidendum, donec de obventionibus ipſius officij debita predicta ſua collegerit, duxerimus obligandum. Univerſitati civium dicti oppidi *Peternſheim* (c) firmiter precipiendo mandamus, quatenus eidem *Wernhero* in omnibus & ſingulis, que ad ipſum officium ſpectare noſcuntur, humiliter & fideliter intendat & pareat tamquam nobis. Nec aliquis officialium noſtrorum ipſum ſuper hoc impediat vel perturbet. Datum in *Pinguia* VIII° Kal. julij Anno Domini M° CCC° XVII° *24. Jun.*
Regni vero Noſtri anno tercio.

a) *Oppenhemium* a *Romanis* ædificatum *Bonconicam* ſeu *Ruſſianam* aliqui compellant. An. 774. IIII. Non. Sept. *villam Obbenheim ſitam in pago Wormatienſe ſuper fluvium Rhenum cum omni merito & ſoliditate ſua & quidquid ad eandem villam legitime aſpicere vel pertinere videtur, id eſt, cum terris, domibus, ædificijs, accolis, mancipijs, vineis, ſylvis* &c. *donamus ad monaſterium noſtrum, quod dicitur Laureſham, ubi corpus ſanctiſſimi Martyris Nazarij reconditum eſt* . . . Codex *Lauriſh.* N. VII.

b) Vocabatur *ReichsSchultheiß.* Viciſſitudines temporum hujus oppidi Imperialis exhibet ſpiſſa nubes chartarum, in Tabulario Elect. obvia, quæ occaſione protectionis, A'Epo *Magontino* demandatæ ſuper eo, enata eſt. Statum vero civilem publicum & privatum ejus, exhibet Recenſus jurium antiquiſſimus, *die Recht und Herkommen vber Pedirsheim*, Sæc. XIV. fato aliunde ad me translatus, quem dabimus olim anno convenienti in his diplomatariis.

c) In Tradit. *Lauresh.* num. DCCCXX vocatur *Paternovilla*, cujus *Baſilicam* in honorem S. *Mariæ* conſtructam *Pipinus* Rex & *Chrodegangus Epiſcopus Metenſis Gorzienſi* apud *Lotharingos* monaſterio donarunt. *Calmet. hiſt. de Lorraine* T. II., probat. col. 100. & 105.

LIX.

Item littera Ebirhardi pincerne de Erpach quod ipſe redditus in Steinbach tenet in feudum caſtrenſe Mildenberg de ſerviendos. An. 1317.

Ego *Ebirhardus* (a) *Pincerna* (b) *de Erpach* (c) dictus *Rouch* recognoſco publice in hijs ſcriptis me a *Reverendo in Chriſto Patre & Domino meo Dno Petro ArchiEpiſcopo Maguntino* recepiſſe litteras tenoris & continentie infra ſcripte. *Nos Petrus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis ArchiEpiſcopus ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius* recognoſcimus tenore preſencium publice profitentes, quod *nobilem virum Ebirhardum pincernam de Erpach* dictum *Rouch* recepimus in caſtrenſem ad caſtrum noſtrum *Furſtenauwe* (d) pro quadraginta marcis *Colon.* denariorum ſibi dandis per nos quando facultas & opportunitas de hoc nobis videbitur aut per ſucceſſores noſtros ſibi ſolvendis, ſi nos forte eas ſibi non ſolverimus, propter quod idem *Ebirhardus* in bonis ſuis liberis & ſolutis ſcilicet ſex manſis apud villam *Steynbach* (e) ſitis redditus quatuor marcarum *Colon.* deſignavit & recepit a nobis in Caſtrenſe feodum quod ipſe & ſui poſt eum heredes deſervire tenebuntur fideliter ut caſtrenſes. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus literis eſt appenſum.
13. Aug. Datum *Aſchaffinburg* Idus Auguſti Anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo. Et quod redditus quatuor marcarum *Colon.* de quibus in predictis litteris ſit mencio in bonis meis liberis & ſolutis videlicet ſex manſis, apud villam *Steynbach* ſitis prefato *Domino meo ArchiEpiſcopo* deſignavi & reſignavi & ab ipſo in Caſtrenſe feudum recepi quod ego & mei poſt me heredes deſervire tenebimur fideliter ut Caſtrenſes. In cujus rei teſtimonium

&

& evidenciam ſigillum meum preſentibus litteris eſt appenſum. Datum loco anno & die quibus ſupra.

a) *Eberhardus* conthoralem habuit *Annam Conradi Domini de Bickenbach* filiam.

b) *Domini de Erbach* nunc *Comites* dicti *Pincernæ* hæreditarii ſunt *Palatinatus ad Rhenum.*

c) Im *Odenwald, Ödenwald.*

d) In pago *Plumgau* feudum *Magontinum. Gud.* T. III. p. 153.

e) Haud procul a *Fürſtenau*, extabat ibidem parthenon.

LX.

Waltherus de Atzpelt (Aichſpalt) cum aliis fatetur ſolutionem quadraginta ſex marcarum Regalium &c. a Joanne Bohemiæ Rege factam. An. 1317.

Nos *Waltherus* de *Atzpelt junior*, *Nicolaus* de *Leygen*, & *Egidius* de *Ponte milites* recognoſcimus publice in hiis ſcriptis, quod de pecunia nobis per *inclitum dominum noſtrum Dominum Johannem Boemie & Polonie Regem, ac Lucemburgenſem Comitem* premiſſa, ego *Waltherus* de *Atzpelt* prefatus de Quadraginta & ſex marcis regalibus & triginta duobus denariis *pragenſ.* nos vero *Nicolaus* & *Egidius* predicti quivis noſtrum de viginti tribus marcis regalibus, & ſedecim denariis ejuſdem pagamenti ex parte & nomine dicti domini noſtri Regis ſumus expediti plenarie & pagati. In cujus rei teſtimonium & certitudinem ampliorem, ſigillum mei *Nicolai* de *Leygen militis* predicti, meo & ad rogatum prefatorum dominorum *Waltheri* de *Atzpelt*

pelt junioris & *Egidij de Ponte*, *militum* eorum nomine preſentibus litteris eſt appenſum. Et nos *Waltherus* & *Egidius milites* memorati, quod ſigillo prefati domini *Nicolai militis* utimur, & eo hac vice contenti ſumus, fatemur publice & recognoſcimus per preſentes. Datum *Moguntie* IX. Kalend. octob. anno Domini M° trecenteſimo decimo ſeptimo.

23. Sept.

LXI.

Item littera Theoderici de Runckel quod decimam in Kaldenholzhuſen ab Eccleſia Mag. teneat in feudum. An. 1317.

Nos *Theodericus D'nus de Runckel* (a) ad univerſorum noticiam cupimus devenire quod *R'dus in Criſto Pater & D'nus noſter D'nus Petrus ſanĉte Maguntine ſedis Archi-Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius* pro eo quod ipſius & *Eccleſie Maguntine* liber Caſtrenſis in opido ſuo *Lainſtein* eſſe debemus ducentas libras *hallenſium* nobis dedit numeravit tradidit & perſolvit, nos decimam noſtram liberam in *Kaldenholtzhuſen* preſentibus litteris reſignamus ipſamque pro feodo noſtro Caſtrenſi ab eodem *Domino ArchiEpiſcopo* ſuis ſucceſſoribus & *Eccleſia Maguntina* nos & noſtri heredes tenebimus in futurum, volentes feodum caſtrenſe hujuſmodi ſicut tenebimur, fideliter deſervire; ſi etiam bona *nobilis domicelle Bele de Runckel* noſtre amice ſita in *Lorche* aliquo tempore ad nos vel heredes noſtros devolvi contigerit, de illis bonis ad valorem ducentarum librarum *hallenſium* pro feodo Caſtrenſi nos & noſtri heredes tenebimus a *Domino ArchiEpiſcopo* predicto ſucceſſoribus ipſius ac *eccleſia Magunt.* & redibit ad nos libere decima ſupradicta (b). In cujus rei teſtimo-

nium

Digitized by Google

nium ſigillum noſtrum preſentibus litteris eſt appenſum. Datum XVII° Kalend. januarij anno D'ni M° CCC° decimo ſeptimo. *16. Dec.*

a) Dominorum *de Runckel* ſeriem Genealogicam vid. apud *Cl. D. Wenck Heſſiſche Landesgeſchichte.* p. 482.

b) Sæpius id factum, quod reluitio & concambium bonorum adſignatorum in reſtaurum feudi Caſtr. reſervaretur; quo ipſo reſtauralis illa adſignatio *vicem* quodammodo *hypothecæ feudalium. bonorum* obtinuit.

LXII.

Commiſſio Apoſtolica in cauſa Appellationis Magontinæ. An. 1318.

Johannes (a) *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei* dilecto filio . . . *decano eccleſie Pinguenſi Magunt. dioceſ.* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis *Henricus Theſaurarius* (b) *Monaſterii ſancti Albani extra muros Magunt. ordinis ſancti Benedicti* peticione monſtravit, quod cum *Magiſter Henricus Lapicida* & *Irmenricus Colerator cives Magunt.* ipſum ſuper quibuſdam pecuniarum ſummis & rebus alijs ad eos communiter pertinentibus ut dicebant, coram *Judicibus archiepiſcopalis Curie Magunt.* non ex delegatione apoſtolica traxiſſent in cauſam ijdem judices perperam in cauſa hujuſmodi procedentes diſſinitivam contra dictum *Theſaurarium* ſententiam promulgarunt iniquam a qua pro parte dicti *Theſaurarii* ad ſedem apoſtolicam extitit appellatum. Quare dictus *Theſaurarius* nobis humiliter ſupplicavit ut cum . . *Abbas & conventus ejuſdem Monaſterij* in profecutione appellationis hujus modi fuit & fuerunt negligentes, illamque dictus *Theſaurarius*, proſe-

qui ſit paratus ipſum ad proſecutionem appellationis ejuſdem admittere dignaremur. Quocirca diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus in hujuſmodi appellationis cauſa legitime procedens ſententiam ipſam confirmare vel infirmare uſuris ceſſantibus appellatione remota procures, prout de jure fuerit faciendum. Datum *Avinione* IIJ. Kl. Marcii Pontificatus noſtri anno Tertio.

27. Febr.

a) *Joannes XXII. PP.* ab an. 1316. — 1334.

b) Cuſtos. Theſauri Eccleſiæ.

LXIII.

Littera qualiter Dominus Petrus Archiepiſcopus Maguntinus locavit Molendinum ſitum apud Sylvam Waweg Gotſchalco Kerlingere, & Theodorico de Wandisleiben. An. 1318.

Nos *Gotſchalcus Kerlingeri* & *Theodoricus* de *Wandisleiben*, *cives Erfordenſes* (a) recognoſcimus in his ſcriptis, & ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, Quod *Reverendus in Chriſto pater & Dominus noſter Dominus Petrus Archiepiſcopus Moguntinus*, nobiſcum contractum iniit infra ſcriptum, cujus tenor talis eſt, Nos *Petrus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri jmperii per Germaniam archicancellarius*, recognoſcimus in his ſcriptis, quod locum quondam Molendini nunc deſtructi, ſub nemore *Wawich* (b), apud fluvium *Gera* (c), ad *noſtram Eccleſiam* jure proprietario pertinentem, quod molendinum ante ejus deſtructionem ab *Eccleſia moguntina* a *Theodorico* dicto *Meychlich* pro certa penſione jure *Emphiteutico* ſive *hære-*

hæreditario (d) tenebatur, cum univerſis ejuſdem loci pertinentiis, juribus & Libertatibus, quibus antiquitus fruebatur, providis viris, *Gotſchalcus Kerlingeri* & *Theodoricus* de *Wandisleiben*, *civibus noſtris Erfordenſibus* & cuilibet eorum in ſolidum & eorum hæredibus, legitimis jure Emphiteutico ſive hæreditario locandum duximus, & locamus expreſſis modis & Conditionibus infraſcriptis, videlicet, quod ipſi in prædicto Loco unum Molendinum cum quatuor rotis molentibus, infra hinc & feſtum Nativitatis Domini proxime affuturum ædificare & conſtruere tenebuntur, ad quod perficiendum, ipſis quinquaginta Libr. denar. *Erford.* de noſtro dedimus in pecunia numerata, Et pro ædificiis molendini hujuſmodi, ſedecim Ligna de quercubus, quorum Lignorum octo in Longitudine circa quadraginta, & alia octo circa triginta pedes debent facere, ad dictum locum ipſis præſentare debemus, noſtris & expenſis. De quo molendino & pertinentiis, juribus & libertatibus ipſius in quibuſcunque conſiſtant præfati *Gottſchalcus* & *Theodoricus* & eorum in dicto molendino hæredes & legitimi ſucceſſores octo Libr. denar. *Erford.* quatuor in feſto Beatæ *Walpurgis*, & quatuor in feſto beati *Martini*, proxime affuturo nec non ſex maldra menſuræ *Erfordenſis* boni frumenti ſicut de molendino provenerit, non tamen ordei vel avenæ, nomine annuæ penſionis, *nobis & Eccleſiæ moguntinæ* in perpetuum ſolvere tenebuntur, & penſionem denar. dare incipient in feſto beati *Martini* proxime affuturo: penſionem vero frumenti poſt conſtructionem molendini prædicti per unum annum ſolvere incipient, & extunc ſemper deinceps annis ſingulis ipſum ſolvent: Aquam vero ſuper obſtructionem, quæ vulgariter dicitur *Wer*, ad longitudinem dimidii jugeris, & infra tantum, pro eorum tenebunt uſibus, piſcando ſicut voluerint in eadem, & noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum nomine, nullus in hac parte piſcari (e), vel quicquam

facere poterit vel debebit, niſi nos vel ſucceſſores noſtri ad partes noſtras *Thuringiæ* perſonaliter veniremus, tunc enim pro nobis ibidem, & in foſſatis, quæ juxta prædictum molendinum facta per ipſos fuerint piſcari & diſponere, ſicut nobis vel ſucceſſoribus noſtris expedit, licitum debet eſſe, tota alia aqua & piſcina aquæ tam ſupra quam infra illa duo dimidia jugera ad deſerviendum noſtro allodio *Erford.* ſpecialiter reſervata, omni *Vara* (f) dolo & fraude excluſis penitus in præmiſſis, volentes, quod illæ villæ, quæ ab antiquo ibidem molere conſueverunt, ad molendum ibidem ſicut antea ſint aſtrictæ: Et quando neceſſe fuerit, *præpoſitus* ſiue *officiatus præpoſituræ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Erford.* qui pro tempore fuerit, ipſos ad hoc cenſura qua convenit proinde arceat & compellat (g). Prædicta vero foſſata iidem *Gotſchalcus* & *Theodoricus* facere & conſervare, in competenti longitudine & amplitudine promiſerunt. In præmiſſorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus
12. Mart. apponendum. Datum *Erfordiæ* quarto Idus Martii, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Decimo Octavo, quem contractum de verbo ad verbum ut præſcribitur, promittimus firmiter & inviolabiliter perpetuis temporibus obſervare dantes has litteras ſigillo *honorabilium virorum Dominorum Decani & Capituli Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Erfordenſis* prædictæ, quod ad preces noſtras præſentibus appenſum eſt, fideliter ſigillatas, in evidens teſtimonium ſuper eo. En *nos Decanus & Capitulum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Erffordenſis* prædictæ, recognoſcimus ſigillum *Eccleſiæ noſtræ* ad inſtantes preces prudentum virorum *Gotſchalci* & *Theodorici civium Erfordenſium* prædictorum præ-
14. Mart ſentibus litteris appendiſſe. Datum *Erfordiæ* ſecundo Idus Marcii Anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo octavo.

a) Habuit *Erfordia* vetus cives penes ſe proſapiæ nobiliſſimæ, quos inter illi, qui reipublicæ muniis quondam admoti, pene omnes fuere. Spectabilem ideo circumjacenti ſe regioni fecerat urbs illa, omnibus ſane, quæ tunc temporis commendare locum poterant, prærogativis, & naturalibus & civilibus, inſtructiſſima. Inter *matriculas civium* Sæc. XIV. longa parentelarum clariſſimarum memoria, quæ monetam, quæ Magiſtratum, quæ bona & redditus Civitatis curabant, quæ ſtipendia merebantur; *Usburgeros* quoque in vicinis *Thuringiæ*, *Saxoniæque* terris habuit pene plures, eoſque in caſtris reſidentes, nobiliſſimos, qui urbem præſidio, victu cives, opulentia & gloria late omnem regionem inſtruxere. Cf. *Gudenus*, *Hiſt. Erford.* — *Sagittar. Hiſt. der Grafſch. Gleichen.*

b) Vocatur alias in chartis *Waweyde*, *Woweide*. &c.

c) Fluvius in nemore *Thuringico* ſcaturiens Fl. *Unſtrutham* influit.

d) Terminos & jura *locationis hæredit. germanæ*, *(Erbleihen)* cum juribus *Emphyteuſeos Rom.* circa hæc tempora fuiſſe confuſa, magnamque inde juribus colonariis rite dijudicandis caliginem eſſe obductam, tot chartarum & monumentorum hujus temporis memoria prodit. Cf. *Spengel* diſſ. *d. diſcrimine locat. cond. hæredit. germ. & emphyteuſ. Rom.* — *Kopp Lehnsprob. Th. II. &c.*

e) Piſcinarum ejuſmodi, ſupra & infra aggeres & obſtructiones aquaticas molares, *(Mühlwehrteich)* molitoribus, molarumque poſſeſſoribus conceſſarum, & ad certum protendendo ſpatium reſtrictarum, exempla multoties chartis obveniunt. Luſit & in juribus molaribus majorum noſtrorum ingenium; probationem dedit *Weber*, *diſſ. jura molendinorum*, argumentis quæ ſcripta ante & poſt ſe omnia longe exſuperavit.

f) Captio, inde: *Geſehrde.*

g) *Bannum molinarium*, in molis prædiorum eccleſiaſticorum magnum in cenſuris, præſidium habuit & virtutem, æque ac cenſus, operæ, aliaque ſervitia, prædiis ejuſmodi attinentia. *Honor molendini*, *Bannum* hoc vocabatur. Antiquiſſimæ ejus memoriæ in Chartis Sæc. XII. opum inops, & ſumtibus impar in villis diſperſa plebecula molendini proprii exſtruendi labores, ſum-

Digitized by Google

tusque abhorruit, longe inde lateque ad molendinum recurſus. Increſcentibus ſenſim in communitates villulis, enatum inde bannarium illud, quod nunc eſt, molarum jus, cum patrimoniales Domini tum novæ molarum exſtructioni, tum vagæ illi molendi, ubi placeat, libertati obſtreperent; quo ipſo, ut omnia fere *germanorum jura bannaria & coactiva*, (*Bann-und Zwangrechte*) demonſtrant, quod ab initio commoditatis cauſa factum, demum in duram ſervitutem tranſiit; lucelli enim odor, jam olim *patrimonialibus Germaniæ Dominis*, ex qualibet re bonus, ſit licet cum diſpendio libertatis, cum incommodo aliorum &c. quæſitus. Cf. *Waldtſchmidt*, *de molendin. bannar.*

LXIV.

Litera qualiter Henricus de Biltirsleiben junior, factus eſt Caſtrenſis Domini in Mulburg, & habet dimidium manſum & unam aream a Domino. An. 1318.

Ego *Henricus de Biltirsleiben junior*, recognoſco, & ad cunctorum notitiam cupio devenire, quod *Reverendus in Chriſto Pater ac Dominus*, *Dominus meus Petrus Archiepiſcopus Moguntinus* augendo apud me ſuam gratiam in nomine Caſtrenſ. feudi, in caſtro ſuo *Mulburg* (a) contulit unam aream, dimidium manſum quondam *Henrici* de *Kobenſt.* de quo dantur annis ſingulis novem *Metze* frumenti & ordei *Arneſtedenſis* menſuræ, in feſto beati *Michaelis*, Item unam libram denariorum *Erford.* annuæ penſionis, unam aucam, quatuor pullos & unum *Ventrem agninum* (b), quæ omnia & ſingula dantur de uno manſo ſito in campo villæ *Mulburg*, quondam *Hermanni* dicti *Huther*, & duos manſos ſitos in Campo villæ *Hochheim* prope *Erford.* quod quidem caſtrenſe feudum deſervire debeo ſicut ceteri caſtrenſes ſui ibidem, ad quod me aſtringo fideli-

ter

ter per præſentes, dans has meas litteras in teſtimonium ſuper eo, mei ſigilli munimine communitas. Datum *Erfordiæ* Anno Domini milleſimo trecenteſimo Decimo octavo, proxima ſecunda feria poſt Dominicam *Invocavit.* *13. Mart.*

a) Quam inſigne hoc Caſtrum *Magontinum* fuerit, ex eo liquet, quod an. 1311. *Bertholdus Comes de Henneberg* a *Petro A. E.* villam *Widerſpach* obtinuerit in feudum Caſtrenſe in *Mulburg* deſerviendum. de *Gud.* T. III. p. 68. Hodie ſatrapia *Mühlberg*, caſtro diruto, ibi obtinet.

b) In rationariis & regiſtris vocatur *ein Lammsbauch*, quo nomine *dimidium agni mactati* indigitabatur: Ventres ejuſmodi *Cenſum pecorum* fuiſſe, vel falſum, vel non ubique verum; a *prædiis*, *ab areis*, *cenſus nomine* impetrati, ſ. reſervati, æque ut piper, ut caſei, cera, poma, pulli carnis priviales. &c.

LXV.

Litera quitacionis qualiter Henricus miles vicedominus in Ruſteberg renuntiavit dimidietatem pecuniæ de centum ſeptuaginta marcis puri argenti. An. 1318.

Nos *Henricus vicedominus* (a) *in Ruſteberg miles*, recognoſcimus in his ſcriptis, & ad cunctorum noticiam cupimus pervenire, quod cum bona *Domini Archiepiſcopi Moguntini* in oppido *Geyſmarienſi* nobis & *Lupoldo de Hanenſtein armigero* noſtro conſanguineo, per quondam *Dominum Wernerum ſanctæ Moguntinæ ſedis Electum* pro centum & ſeptuaginta marcis argenti ſint obligata (b), nos de media parte hujuſmodi pecuniæ nos contingente, videlicet octuaginta & quinque marcis argenti, *Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum Dominum Petrum Archiepiſcopum Moguntinum & Eccleſiam ſuam Moguntinam* quitos.

tos dicimus & ſolutos, harum teſtimonio litterarum, ſigillo honorabilis viri *Domini Petri officiati præpoſituræ Eccleſiæ Fritzlarienſis* ad noſtras preces & rogatum, ſignatarum. Et nos *Petrus officiatus* prædictus ſigillum officialitatis *Præpoſituræ Fritzlarienſis* prædictæ ad rogatum præfati *Domini Henrici vicedomini* appoſuimus huic ſcripto in teſtimonium evidens præmiſſorum. Datum *Fritzlariæ* ſep-
7. Apr. timo Idus Aprilis Anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo octavo.

a) *Vice Dominatus* iſtius officium in *Eichsfeldia* hæreditario cum bonis ampliſſimis vendebatur *Eccleſiæ Magontinæ* ab *Henrico de Hanſtein*, reſervato vitalitio an. 1323. de *Gud.* T. III. p. 208.

b) Litteram obligationis dabimus alio tempore, *Wernheri A^{r}Epi Magont.* res geſtas in Imperio, Eccleſia & Archidiœceſi, recenſentes. Cl. *Bodmannus.*

LXVI.

Iem littera Hermanni de Selbolt ſuper feodo caſtrenſi in Roneburg. An. 1318.

Ego *Hermannus de Selbolt miles* tenore preſencium recognoſco, quod *R^{r}dus in Criſto Pater ac D^{n}nus D^{n}nus Petrus ArchiEpiſcopus Maguntinus* in Caſtrenſem ſibi & ſue *Eccleſie Maguntine* ad caſtrum ſuum *Roneburg* (a) me acquirens pro feodo Caſtrenſi quadraginta marcis denariorum *Colon.* pro quolibet denario tribus *hallenſibus* computatis, michi dedit, numeravit pariter ac perſolvit, pro quibus de conſenſu filiorum meorum videlicet *Arnoldi* & *Conradi* puerorum prime uxoris mee, nec non *Ludovici* & *Dithardi* filiorum meorum de ſecunda uxore ſi *Arnoldus* ac *Conradus* Germani ſine heredibus diſceſſerint (b), bona mea propria

pria libera & ſoluta ſcilicet medietatem curtis mee in *Selbolt* dicte *der Aldehoff* cum agris & pratis & ſuis pertinencijs quibuſcunque & ſpecialiter pomerium ex oppoſito ejuſdem curtis ſitum ſolvens michi decem ſolidos denariorum levium annuatim incluſis anſeribus atque pullis ad manus ipſius *Dni ArchiEpiſcopi Maguntini* ſimpliciter reſignavi & reſigno litteras per preſentes & recepi eadem bona pro caſtrenſi feodo ab eodem hereditarie poſſidenda promittens nichilominus in hijs ſcriptis pro me & meis heredibus dictum feodum ſive bona in caſtro *Roneburg* prout eſt ſolitum & conſwetum a feſto *Martini* uſque ad Kathedram ſancti *Petri* etiam per reſidenciam perſonalem & quando opus vel neceſſe fuerit ſi requiſitus fuero fideliter deſervire (c). In cujus rei teſtimonium ſigillum meum proprium duxi preſentibus appendendum. Datum Anno Domini Milleſimo CCC° XVIII° pridie idus aprilis. *12. Apr.*

a) Caſtrum *Ronenburg* uno milliari diſtat a *Gelnhauſen.*

b) Inde adparet, ſuperſtitibus ex priore thoro liberis, conſenſum eorum, qui ex ſecundo thoro ſuſcepti, non fuiſſe exquiſitum, quoniam in bonis *hereditariis* quidem, non vero *propriis*, *liberis* & *ſolutis*, *abſolute* fundata erat poſterum ſucceſſio, niſi ad eos ſpecifice devoluta. Commodum enim ſucceſſionis, & conſenſus in reſignationem parentum, res fere olim connexæ.

c) *Reſidentia* igitur *burgenſis* & *caſtralis*, fere ad modum *Reſidentiæ canonicalis* compoſita, hocque parallelum in multis vicibus obtinuit.

LXVII.

Litera venditionis Caſtri Schonenburg facta Archiepiſcopo Magontino. An. 1318.

Nos *Dei gratia Otto junior dux in Braunſchweig*, recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod nomine *Illu-*

 ſtris

ſtris Domini ac Patris noſtri, *Domini Alberti Ducis de Brunſchweig*, ac de ejus mandato ſpeciali, & nomine noſtro vendidimus, & juſto venditionis titulo in his ſcriptis vendimus, medietatem caſtri *Schonenberg* (a), cum juribus & pertinentiis ſuis, ſicut ad prædictum *Dominum Patrem noſtrum* pervenit, & ad eum pertinuit, uſque modo, pro nongentis marcis puri argenti ponderis & albedinis *Braunſchwicenſ.* quarum quadraginta marcæ nobis ſunt ſolutæ, *honorabilibus viris Gerhardo Fritzlar. Bertholdo S. Petri Mogunt.* & *Conrado Heiligenſtad. Eccleſiarum Decanis*, *ac ſtrenuis militibus Hildebrando de Hardenberg* & *Rabotoni de Kalenberg* nunciis ſpecialiter ad hoc miſſis nomine *Venerabilis Patris Domini Petri Archiepiſcopi* & *Eccleſiæ Moguntinæ* recipientibus a nobis dictam venditionem nomine quo ſupra, & eſt actum, quod reſiduæ quingentæ marcæ, *Domino Patri noſtro* prædicto, nobis veriſque noſtris hæredibus debent expediri infra hinc, & feſtum beati *Michaelis* in *Gottingen*, in *Northeim*, & in *Munden* prout debitoribus placuerit, quibus, ut ibidem ducatur, ſecure cooperabimur, & medio tempore ex parte *Domini Archiepiſcopi* & *Eccleſiæ ſuæ*, ex una, *Rabotoni* de *Kalenberg*, & *Domini Patris noſtri*, ac noſtri, parte ex altera, *Henricus de Boventen militibus*, tanquam communibus perſonis prædictum caſtrum Commiſſum eſt Cuſtodiendum : Ita quod infraſcripta ipſi ambo & quilibet eorum in ſolidum, & ſi alter eorum diſcederet, ſuperſtes tam *Domino Archiepiſcopo* & *Eccleſiæ ſuæ*, quam *Domino Patri noſtro*, & *nobis* teneantur (b) : Hoc adjecto, quandocunque ex parte *Domini Archiepiſcopi* & *Eccleſiæ ſuæ* infra hinc & feſtum beati *Michaelis* prædictæ quingentæ marcæ ſolutæ fuerint, vel ſufficiens cautio præſtita de eiſdem, extunc medietatem eiuſdem caſtri libere aſſignabunt dicto *Domino Archiepiſcopo* & *Eccleſiæ ſuæ*, & tunc inter nos mutuo præſtabitur cautio quæ *Burghutt* dicitur, ſicut in communibus caſtris fieri

fieri eſt conſuetum & medio tempore prædicti milites communes perſonæ inter ſe hujuſmodi cautionem quæ *burghutt* dicitur, præſtabunt & ſervabunt, ſicut honorem ſuum diligunt, ut tanquam fideles officiati Dominis ſuis poſſint de hoc reſpondere. Item eſt actum, ſi in prædicto feſto beati *Michaelis* prædictæ quingentæ marcæ nobis vel *Domino Patri noſtro*, aut noſtris hæredibus ſolutæ non fuerint, in toto vel in parte, extunc pecuniam quæ deficiet, *recipere poterimus ſub damnis* (c) uſque ad feſtum beati *Martini* ſubſequens. Ita quod ſuper quibuſlibet centum marcis deficientibus, & ſub damno recipiendis uſque ad idem feſtum beati *Martini*, decem marcæ nomine damnorum accreſcunt, & non ultra, de quibus damnis una cum debito principali, *Domino Patri noſtro* nobis veriſque hæredibus noſtris ſatisfiet. Item ſi in feſto beati *Martini*, de prædicto principali debito & de damnis nobis ſatisfactum non fuerit, extunc Communes perſonæ prædictæ, prædictum caſtrum nobis reſtituent titulo pignoris obtinendum quouſque de pecunia deficiente, & de damnis quæ ita accreverunt & accreſcent videlicet ad quaslibet ſeptimanas ſuper quibuslibet centum marcis decem marcæ ſatisfiat (d), & hujuſmodi damnum poſt lapſum trium vel quatuor dierum cujuslibet termini ſex ſeptimanarum, non pro rato temporis, ſed pro toto tempore earundem, ſex ſeptimanarum reputabitur eſſe commiſſum, qua ſatisfactione facta, nobis nomine *Domini Patris noſtri*, ſuis aut noſtris hæredibus prædictum pignus libere reſtituemus *Domino Archiepiſcopo* qui pro tempore fuerit & *Eccleſiæ Mogunt.* Item pro quota parte dictarum quingentarum marcarum litteræ oppidorum *Fritzlar.* vel *Heiligenſtad.* cujuslibet eorum ad centum marcas nobis dabuntur (e). Ita quod ſi prædicti oppidani nobis promittant ſolvere, vel ſaltem fidejubeant pro eiſdem, de eadem parte reputabimus nos pagatos. Prædictum quoque con-

contractum nos, in quantum eſt in *Domino Patre noſtro* prædicto, & nobis ſicut præſcriptum eſt conſummare promittimus prædictis Decanis & militibus qui prædictam venditionem a nobis receperint, & ipſi vice verſa nobis & *Conrado de Roſtorff* militi noſtro ad manus hæredum noſtrorum promiſerunt, quod procurabunt, quod *Dominus Archiepiſcopus* pro ſe & *Eccleſia ſua* ipſum contractum debeat ſimiliter conſummare (f) quod nos Decani & milites prædicti fatemur eſſe verum. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtri *Ottonis Ducis*, noſtrorum *Gerhardi Fritzlar. Conradi Heiligenſtad.* Decanorum & *Hildebrandi de Hartenberg, ac Robotonis de Kalenberg militum*, & pro me *Bertholdo Decano ſancti Petri Mogunt.* quia ſigillo meo apud me carui, ſigillum *Præpoſiti* in *Lupoldesberg* preſentibus literis ſunt appenſa. Actum & datum apud clauſtrum *Waleshuſen* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo Decimo
9 Aug. octavo, In vigilia beati *Laurentii* Martyris.

a) Ad quod pertinuit *Hof-Geiſmar.*

b) *Manufideles* ejuſmodi *Caſtri*, homagium utriuſque Domini nomine, uſque ad expletiones conditionum, a Caſtrenſibus Caſtri cuſtodibus, vigilibus, portariis, & ſubjecta Caſtro plebe exigere, advocatiam etiam & cum ea ex ævi more connexam jurisdictionem caſtrenſem providere ſolebant. Ipſi vero in utriuſque Domini verba & fidem jurare ſolebant, adjecta ſæpe, de aperiendo interim utriſque caſtro, & intrada, receptu &c. clauſula.

c) Sub hac phraſi intelligitur: non ſoluta debito tempore a debitore, promiſſa pecuniæ quantitate, creditori liberum eſſe, eandem pecuniam accipere a *Judæis*, *Caoruicis*, *(Cauwerzen)* erga lucellum (*Geſuch*,) id quod eo ævo, non 5 per centum, ſed ex regula 10. Sin vero cum fœneratoribus actum, 20. — 25. importabat. Lucellum hoc vi pacti hujus debitor moroſus ſolvere compellebatur. Ne vero ſuper hoc lucello novæ dein lites exorirentur, in anteceſſum ſæpe, ut hic, proviſum, in quantum excreſcere ſors principalis, ea ſuo tempore non ſoluta, intra annum debeat. Exqui-

ſitiſſi-

Q 2

ſitiſſimis cautelis, & ingenio ſagaciſſimo in exigendis ad fidem, obligationum litteris uſa majorum noſtrorum ætas, cui miſeræ noſtrorum laciulæ, & inſulſæ heurematicorum farragines nec quidquam ſuppares.

d) En tibi Exemplum *der Straf- & Rutſcherzinnſen*, quæ in ſingulos dies, ſeptimanas, menſes &c. excurrebant, & debitorem ad ſolvendum arctiſſime compellebant. Egit de iis ex patriæ antiquitatibus *Ayrer*, diſſ. *de cenſibus mora creſcentibus*. Perfrequens earum in chartis *Saxoniæ inferioris*, — rarior in membranis hujus regionis mentio. Ad rigorem tamen vix unquam, caſu eveniente, res excuſſa eſt.

e) Dura civitatum eo ævo erga Dominos obligatio, obſequium, & reverentia, quod eæ obſtagialium fidejuſſorum munus pro Dominis ſubire, & warandiam ex patrimoniis ſuis præſtare compellebantur. - Itaque non *honoris*, ſed *oneris* ratio exquirenda eſt in *Nobilium & Civitatum* provinciæ *proëdria intercedendi pro debito & fide procerum ſuorum*. In locupletum oppidorum potentia major ſolvendi fides olim repoſita, quam in nobilium ſtrenuorum curta communiter ſuppellectile.

f) *Conſumare contractum*; idem, *quod*, *ex parte ſua chartam*, ſigillo munitam, conſenſu Capituli majoris Eccleſiæ inſtructam exhibere.

LXVIII.

Otto hertzog von Braunſchweig verkaufft ſeinen antheil von Schonenberg (a) Ertzbiſchoffen Petern zu Maintz. An. 1318.

V*on Gottes gnaden wir Otto hertzoge von Braunſchweig*, thun kunth allen Leuthen, die dieſen brieff ſehen oder hören leſen, das wir den *Ehrſamen furſten und gaiſtlichen vatter, herrn peter Ertzbiſchoven des heyligen ſtuls zue Mayntz und Ertzcantzlern des heiligen Römiſchen Reichs uber Teutſch-*

 landt,

land, *und ſeinem ſtifft zue Maintz* . . . *demſelben furſten* und *ſeinem ſtifft*, den halben theil unſers hauſes zue *Schonenberg* haben verkaufft haben gelobt vor uns und unſere Erben und loben ahn dieſen brieffen, und geloben auch vor unſere amptleuth, die wir ihm uf demſelben haus haben, und die wir hernach uf daſſelbe haus ſetzen, deſſelben hauſes ein rechte *burghutt*, und darnach vor alle unſere freundt, die durch uns thun und laſſen wollen ewiglichen zue halten, und zue bewahren ſtett und veſt, ohne allerley argeliſt und *vara*, und geloben auch, das wir keinen Amptman ſollen ſetzen uf daſſelbe hauſs, er thue dieſelben *burghutte* mit amptman des vorgenanten *Ertzbiſchouen* und *ſtiffts* von *Maintz*, mit worten und mit wercken gentzlich zue halten, Were auch, das Gott nicht wölle, das under dem vorgenanten *Ertzbiſchouen* oder *ſeinem ſtifft*, und under *uns*, oder *unſern erben*, ein zwitracht wurde oder ein krieg, ſo ſol baiderſeits nach *uns* oder *unſern Freunden* von dem hauſs zue *Schönenberg*, noch daruff kein ſchade geſchehen und das vorgenante hauſs ſol alle wege in friede ſein, in denſelben Kriegen, fort mehr ſo ſollen die *burgmanne* die wir uff baiden ſeiten uf das hauſs ſetzen, uns baider hulden, und in trewen geloben, und ſchweren, *Burghutt* zu thun, und zue halten, und das hauſs zu bewahren, nach unſer baider rechte, Were auch das zwiſchen *uns zweyen* oder *unſern nachkomlingen* Krieg wurde, als dauor geſchrieben ſtehet, wolte dan kein der burgmanne ſeinem herrn von deme er daſelbe burglehen hette, beholffen ſein, das möchte er thun, von anderen Feſtenen, und nicht von dem hauſs zu *Schonenburg*, und ſol er nicht darahn gebrochen haben, und entfienge er alſo keinen ſchaden in dem Kriege von andern ſchloſſen dauon, in were ihme der herr uff den er beholffen were, nicht pflichtig, umb vorbaſs mehr, alsdan theilunge deſſelben hauſes die unſere Freundt, die wir von baident halben darzu geſchickt hatten, gethan haben,

ben, dar genoch erbere Leuth, pfaffen, Rittere und Burgere bewahren, die geloben wir und wollen ſie ſtett und veſt halten als hie geſchehen iſt, uud bey nahmen iſt geredet, das Capelle, Torn, Port und buwe, ſol zue unſer *meiner* handt und zue *meiner* nutz ſtehen (b), und ſollen das beſſern und machen mit unſer baider Coſt, wan eſ bedarff, wolten aber *wir vorgenante hertzoge* bawen *uff die Capellen, eine Kemmenaten* (c), *oder under die Capellen einen Keller*, das möchten wir thun, under unſer ſelbſt Coſt. Ringmauren, Gräben, Zäun, brücken, und ander ding, die wir zu meiner nutz behalten haben, wo die beſſerung bedörffen die ſollen wir auch thun mit gemeiner coſt und arbeit, und das dieſe vorgeſchribene ding alle ſtett und veſt pleiben, und ungebrüchlich werden gehalten, des geben wir dieſen brieff beſiglet mit unſerm Ingeſigel. Dieſe redt iſt geſchehen, und dieſer brieff iſt gegeben do man zalte von Gottes geburt dreyzehen hundert jahr in dem achtzehenden jahr, des Mitwochs nach St. *Michaels*tag. Es iſt auch geredet, das die *burghutt* die die amptleuth dem Size uf das vorgeſchrieben hauſs, die ſollen ſie thun binnen vierzehen nachten darnach das ſie geſetzt werden, und man ſol ſie von ein nehmen ohne wiederſprach. Dieſer brieff iſt gegeben in dem jahr und tag als hieuor geſchrieben iſt. 4. OO.

a) Conf. *Diplomatar.* T. I. p. 96. 104. 107. 108.

b) i. e. Sint communia; in caſtris communibus, poſtea inter plures diviſis, communiter in his rebus ſervata communio, in *capella*, *reconditorio*, *cimiterio*, *in turri* (*principali* ſcil.) *portis*, *pontibus*, *carceribus*, in *gadis*, *ſ. Burggaden*, in *fontibus*, *tricliniis*, & *mœniis*, (*Rinnen*, *Getullen*) ſæpe & in *foſſatis* &c.

c) Caminata, i. e. ædificium lapideum, quod ex ejus ævi more baſilicis junctum, aut impoſitum, in quo fruges & res pretioſæ reconditæ. Plures ejuſmodi *Gadas*, *Gadenhuſer* hodienum exhibet

Digitized by Google

bet in cœmeteriis tenax antiquitatum patria mea *Franconica*; extitit & *Hochhemii* ad *mœnum*, *Aſchaffenburgi*, *ante collegiatam Eccl. S. Petri*,—in æde parochialis Eccleſiæ in *Prodzeltens* – In *Rieneck*, & *Gemünden*; — aliisque percurrendo locis eas obſervavi. Cuinam uſui inſervierint? Earum origines, & fata recenſui *in der Abh. von den Gaden, und Gademsrechte der mittl. Jahrh.* (inſert. *J. Chr. Siebenkeeß, Beytr. z. Deutſch. Privatr. Th.* IV.) *Dietericus ab Erthal* obtinet A. 1441. ab abbate *fuldenſi* licentiam: " *daz er buwen moge ein Gademhuſe von Holze ze ObirnEhrtal, und vns damit gewarten, als ander unſer Manne* &c. — Cf. *Kloz. diſſ. de feudo ædificii. Schannat, Client. fuld.* C. 1. §. 20. *Brunquell* pr. *de feudo Keminatæ*. (ap. *Jenichen, Theſ. jur. feud.* T. II. p. 849.) — *Cl. Bodmannus.*

LXIX.

Litera quitacionis ſuper Nongentis marcis puri argenti ratione venditi Caſtri Schönenberg. An. 1318.

Nos *Dei gratia Otto Dux in Brunſchwig* recognoſcimus & ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod *venerabilis Pater Dominus Petrus Archiepiſcopus Moguntinus* nongentas marcas puri argenti, valoris & ponderis *Brunſwicenſ.* pro medietate caſtri *Schonenberg*, quam *jlluſtris Dominus* & *Genitor noſter Dominus Albertus Dux Brunſchweicenſis* piæ memoriæ, qui adhuc tunc vivebat, & nos, *ſibi* & *Eccleſiæ ſuæ*, pro ſupradicta ſumma pecuniæ vendidimus, nobis integraliter perſolvit, & de eadem pecunia nos pacatos, & prædictum *Dominum Archiepiſcopum* & *Eccleſiam ſuam Mogunt.* pronuntiamus & dicimus quitos, liberos & ſolutos. Cæterum *ſtrenuos milites Rabotonem* de *Kalenberg*, & *Henricum* de *Boventen*, quibus idem caſtrum ad communes manus ejuſdem *Domini Archiepiſcopi* & *noſtras* commiſſum fuit, de promiſſo eorum, quod nobis fecerunt de reſtituendo eorum caſtro poſt feſtum Beati *Martini*

tini, titulo pignoris, ſi in promiſſa nobis ſolutione in aſſignatis terminis defectus fuiſſet, ſimiliter pronuntiamus & dicimus liberos & ſolutos, & prædictos milites, ac eorum in hac parte collegas qui pro Conſumatione prædicti contractus nobis promiſerunt, & Litteras ſuas dederunt ſimiliter de eorum promiſſo ſolutos dicimus, renuntiantes expreſſe litteris, ſi quas præfato *genitori noſtro* & *nobis* ſuper eo tradiderunt. Et in præmiſſorum omnium evidens teſtimonium præſentes litteras dedimus, ſigilli noſtri appenſione munitas. Datum Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo octavo, quarto nonas Octobris. *4. oct.*

LXX.

Georgen Rugraven wird Burg und Stadt Altzey (a) *anvertraut. An. 1319.*

Item. *Jch Rugraue Georgen Amptman zu Altzey* erkenne uffenliche, unde due kunt allen den di diſſen brif ſehent oder horent leſen, daz ich zu den heiligen geſworn han wilche zith, *der erſamme herre her Peter Ertzebiſchoff zu Mentze* oder *ſin nakome* oder *ſin einmudige Capitel*, ob zu der zith, nicht *Ertzebiſchoffes zu Mentze* en were, ez Von mir heiſchet, daz ich dan zu hant ane allerleie widerrede ſal burg unde ſtad zu *Altzeyen* antworten ane allerleie koſt oder ſchaden unde ſal daz ampt der burg unde ſtad nicht uſslazen iz en ſi daz ez behage deme Vorgenanten *Ertzebiſchoffe* oder ſime *nackomen* oder *ſime Capitele* alſo dar vorgeſchriben ſtat, und en worde ein ander Amptman geſatz nach eren willen, der dazſelbe ſwern unde do daz ich geſworn han Ez ſollen ouch der Turm unde porten beſatz ſein mit luden unde nach willen des Vorgenanten *Ertzebiſchoffes* oder *ſines nakomen* oder *ſines Capitels* alſo dar

vor ſtat, und ſollent die ſweren daz ſie mit aller irer macht, den ſelben *Ertzebiſchoff* oder *ſinen nakomen*, oder *ſinen ſtifft* der burg *gewaldich machen* (b), wilcher zith man ez von en heiſchet, unde daz ſie bewaren truweliche, daz ichteſicht an dem buwe geſche, damitte *er*, der *ſtifft zu Mentze* entweldiget moychtet werden unde ſal ouch der *Ertzebiſchoff* unde *ſin nackome* oder *ſin einmudige Capitel*, ob nicht *Ertzbiſchoffis* en were, allewege ſich behelfen alles des ſin wollen wider ire Viande unde wider allen mellichen ane allerleie hinderniſſe von der vorgenanten burg und ſtad, unde wider dar in, unde han ich ouch gelobt unde geſworn, alle die vorgenante ding, ſtede und veſte zu haldende, unde allen daz daz in mines herren des *Romiſchen Kuniges Ludewiges* brieuen die ouch von diſſen dingen ſpreichen geſchriben ſtat, die da vorden gegeben in der ſtad zu *Mentze*, do man zalte von Godes geburte druzehenhundert jar, an
20. Dec. dem achzehenden jare, an ſente *Thomas* abende des apoſtels und han ouch gelobt daz ich daz *Capitel zu Mentze* unde ander phaffen Cloſter, unde allerleie geiſtliche lude, beſchirmen ſal, wider allermenlichen, die en gewalt oder unrecht den wolden unde daz ich ſelbe oder jeman von miner wegen die keine gewalt oder beſchwerniſſe an ſie lige, oder dun in der plege des ſelben Amptes zu orkunde der aller vorgenanten dinge, han ich min Ingeſigel an diſſen brief gehenkt, der iſt gegeben zu *Mentze*, do man von Godes geburte zalte drutzehenhundirt jar, in deme nunze-
13. Jan. henden jare, an dem achten dage des zwolfften dages (c).

a) Conf. *Subſid. Diplom.* T. I. N. 89. 90. & 95.

b) i. e. in manum & poteſtatem concedere.

c) Reverſales ejuſmodi officialium, qui ex ævi more armati & cohortales

tales AEpi ſimul ſemper fuere, variis ſtatus publici ejus temporis meditationibus anſam præbent, ſimulque edocent, *Amtmannorum* curam, quæ nunc rebus juſtitiæ procurandis primario ſolet occupari, quaſi in mediatione pacis internæ provinciarum conſtitiſſe; omnia enim ad protectionem caſtri, bonorum, hominumque eo pertinentium ſpectaſſe videntur. Juriſdictio iis demandata ſine ſtabili regulativo, quod ea res præter ſani ſincipitis nervum expoſcere ultra nil videbatur; juſtitiæ adminiſtratio comprehenſa ſub munere illo protectionis, eaque ſimplici arbitrio *amtmanni* explicabatur. Ita omnia, quæcunque reſpexeris, ſolam atque unicam *rei militaris, pacis & tranquillitatis publicæ, defenſionis & armorum* curam ſapiunt, cui cætera inſtituta politica fere omnis attemperata velut, & mancupata fuere.

LXXI.

Jus patronatus alternativum ad parochiam in Schwartzenburnen competit Joanni Comiti de Cygenhain. An. 1319.

Nos *Joannes Comes de Cygenhain* (a) recognoſcimus univerſis, quod nos & alii *Comites de Cygenhain* progenitores noſtri, qui pro tempore fuerint, cum *Reverendo in Chriſto Patre ac Domino Domino Archiepiſcopo Mogunt.* qui fuit pro tempore ad parochialem Eccleſiam in *Schwartzenburnen* (b), quotiens eam vacare contigerit, habemus alternis vicibus præſentare, Ita quod quando nos & noſtri ſucceſſores una vacatione ad ipſam preſentavimus, ipſe *Dominus Archiepiſcopus* alia vacatione ad ipſam præſentare debebit, ſicut per ipſius *Domini Archiepiſcopi prædeceſſores & noſtros progenitores* fore dignoſcitur hactenus obſervatum. Datum *Cygenhain* (c) Idus Auguſti Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo nono. *13. Aug.*

a) In alia charta memorabile *Joannis Comitis de Ziegenhain* conſpicitur ſigillum, quod teſſeram horum *Comitum* veterem non modo (*ca-*

pram nempe quaſi pendentem in aëre, alis expanſis & cauda liliata) ſed inſuper recentiorem (*ſcutum transverſe diviſum, in cujus area ſuperiori ſtella ipſius animalis pectus occupans*) atque ſic veterem & novam conjunctim repræſentet. (1).

b) *Schwartzenborn* in *Haſſiæ ſuperioris* ſede *Schonſtat.* dioec. *Magont.* T. III. p. 319. alias vocatur *Schwarenburnen.*

c) Ex his, aliisque chartis, quibus Comites *de Zigenhain* vaſallos ſuos jure patronatus inveſtiere, demonſtrare nititur parum limati, dum vixerat, judicii vir *J. G. Eſtor*, Principibus, Comitibus & Dynaſtis *Germaniæ* longe ante tempora dictæ reformationis *jus* ſic dictum *circa ſacra* competiiſſe. Cf. ej. *Anm. v. dem Pfarrlehen in Heſſen, und Kirchl. Rechte der Grafen v. Ziegenhain.* (in *Kuchenbecker Annal. Haſſ.* Coll. VI. p. 421. ſqq.) at vero ne genuinum quidem ex mente juris Canonici conceptum ſibi de jure patronatus fuiſſe, hac ipſa demonſtratione demonſtrat.

1.) Quæ *de ſigillo Comitum de Ziegenhain* hic memorat Reverendiſſ. D. *Würdwein*, ſupplere poſſunt ea, quæ ſine criſi, circumſpectione, atque utilitate de inſignibus hujus proſapiæ ſcribillavit *J. G. Eſtor*, tam *in der Probe einer verbeſſerten Heraldick*, quam *in den Herald. Anmerck. üb. das Heſſ. Wappen, nach Maaßgabe alter Sigillen.* (*in Kuchenbecker, Annal. Haſſ.* Coll. VII. n. 4. p. 126. ſqq.) Sunt nobis, qui ſigillorum curam ſpecialem alias haud gerimus, delineata ex Archivo *Mag. Elect. Comitum de Ziegenh.* ex *Sæc.* XIII. & XIV. diverſa inter ſe ſigilla 5. quæ dilucidationi Sphragiſticæ *Ziegenhainenſi* antiquiſſimæ probe inſervire poſſent. Clar. *Bodmannus.*

LXXII.

Item littera, quod illi de Waldecke decem libras hallenſium redditus tenent ab Eccleſia Magontina in feudum. An. 1319.

Ego *Heinricus miles Dominus de Waldecken* recognoſco publice in hijs ſcriptis quod redditus decem librarum *hallenſium*

lenſium ſuper bonis meis proprijs & liberis in villa mea *Keren* ſuper *Moſellam venerabili in Criſto Patri ac Domino Dn̄o Petro ArchiEpiſcopo Maguntino* & *Eccleſie ſue Maguntine* reſignavi & reſigno libere per preſentes quod decem librarum *hallenſium* redditus ego & poſt me mei heredes & legittimi ſucceſſores ab ipſo *Domino meo Petro ArchiEpiſcopo Maguntina* ſuis ſucceſſoribus & ab *Eccleſia Maguntina* tanquam vaſalli in antea tenebimur poſſidere, dans ſuper eo has litteras mei ſigilli appenſione munitas. Datum octavo Kalendas ſeptembris Anno Domini Milleſimo treceenteſimo decimo nono. *25. Aug.*

LXXIII.

Item littera Bopponis Comitis in Ebirſteyn quod ipſe bona conſcripta tenet in feudum Culsheym. An. 1319.

Nos *Boppo Dei gratia Comes de Ebirſteyn* (a) tenore preſencium publice recognoſcimus & profitemur univerſis tam preſentibus quam futuris preſencium inſpectoribus, quod bona & matura deliberacione prehabita de conſenſu & voluntate omnium heredum noſtrorum molendinum noſtrum ſitum in caſtro *Widern* intra muros munitione obligavimus & aſſignavimus nec non preſentibus obligamus & aſſignamus manibus *venerabilis Domini noſtri Domini Petri ſancte Maguntine ſedis ArchiEpiſcopi* in recompenſam & refuſionem reddituum viginti librarum *hallenſium* nobis & noſtris heredibus per dictum *Dn̄um noſtrum Epiſcopum* pfeodo caſtrenſi in *Kulsheym* collatorum, qui redditus predicti de villa noſtra in *Bogſchol* ſingulis annis nobis miniſtrabantur, quam quidem villam a nobis alienavimus. Adjectum eſt eciam quod nos & noſtri heredes videlicet pueri ſolum utriuſque ſexus predictos viginti librarum *hallenſium* redditus

tus pro hereditate caſtrenſi quod vulgariter dicitur *Burg-erbe* (b) de predicto molendino colligere & recipere debemus perpetuo libere & quiete, ſi vero predictum molendinum incendijs rapinis ſeu quibuſcunque alijs deſolaretur & deſtrueretur in tantum quod ſepe dicti redditus de ipſo ſolvi non poſſent ex tunc prefatus *Dominus noſter Epiſcopus* & omnis ſucceſſor ipſius reſpectum habebunt & habere debent ad predictam noſtram munitionem *Widern* & ad precarias predictas taliter quod hujuſmodi diminucio ipſorum reddituum per civitatem & predictas precarias integraliter ſuppleatur. Inſuper promittimus una cum *Gotfrido de Hohenloch* noſtro genero pro *Gutta* filia noſtra que nondum annos debitos & maturos attinxit ipſam ſingulis ſupradictis poſtquam annos diſcretionis induta fuerit (c) adhibere conſenſum totaliter & favorem que ſi rebellis inveniretur, extunc nos una cum predicto genero noſtro poſtquam moniti fuerimus per ſepedictum *Epiſcopum* vel ejus ſucceſſorem aut ipſorum nuncios certos ſeu litteras unuſquiſque noſtrum per ſe vel per militem cum uno famulo & duobus equis in *Miltenburg* (d) apud publicum hoſpitem ſe recipiet tam diu expenſas ibidem more obſtagij faciendo quouſque talis promiſſio totaliter adimpleatur, in quorum fidem & evidentiam majorem preſentem contractum conſcribi fecimus & ſepedicto *Domino noſtro Epiſcopo* & ſuis ſucceſſoribus dedimus ſigillorum noſtri & predicti *Gotfridi de Hohenloch* noſtri generi munimine diligentius inſignitum, Nos vero predictus *Gotfridus de Hohenloch* ad ſingula premiſſa ſub appenſione noſtri ſigilli nos preſentibus aſtringimus & obligamus. Datum
3. Nov. Anno Domini M° CCC° decimo nono ſabbato proximo poſt feſtum *omnium ſanctorum*.

a) *Poppo Comes de Eberſtein* uxorem legitimam habuit *Gutam Comitiſſam de Wilnau.*

b)

b) Idem igitur hic, quod in chartis alibi *Erbeburglehn*, nec exiſtimandum, prædium *allodiale* ſub voce *Erbe* hic indigitari; quod jam ſupra monuimus. Effecit interim ambiguus *Erbe*, *Erblehn*, *Erbmannlehn* ſignificatus, ut contentiones de *proprietatis* -- & *ſucceſſionis jure* quandoque graviſſimæ naſcerentur, ut infra ex chartis *Henrici III.* ſ. *Virneburgici* comperiemus.

c) Evenire hoc in fæmellis olim ſolebat ſtylo *Germaniæ* ſeu communi, ingruente anno ætatis XIII.

d) *Miltenberg* & *Biſchoffsheim* fere communis in Archidiœceſi ſuperiori ad obſtagia ſervanda conditus in chartis locus. Spectabilis medio ævo locus ille mercimoniis, caſtro & caſtrenſibus nobiliſſimis, ſtapula particulari, geranio, conventu ordinum provincialium Archidiœceſeos multisque nobilium ibi, & in vicinia reſidentium habitationibus & congreſſibus, cæterum etiam actis publicis, & gravibus reipublicæ cauſis ibi concluſis celebratiſſimis, ſed & diffidationibus nobilium de *Riedern*, de *Collenberg*, de *Vechenbach*, *Wolfskehliorum*, Dynaſtarum ab *Erbach*, & viciniæ *Freudenbergicæ*, quæ luctus cauſa ſæpius, quam gaudii, *Miltenbergicis* noſtratibus extitit, decautatiſſimus.

LXXIV.

Item littera Petri Archiep. Mag. eorum de Bigen & de Lindauwe ſuper pace tenenda in Caſtro Frauwenſtein. An. 1319.

Wir *Peter von Gots gnaden Ertzbiſchoff zu Mentze und Ertzcanceller des heilgen Richs ober dutſche land und daz gantze Capitel zu Mentze Gotfrid ſtal von Bigen ein ritter Friderich und Gerhard gebruder von Bigen und heinrich von Lindauwe eyn ritter* thun kunt allen den die dieſen brieff anſehent odir horent leſen daz wir an der burg zu *Frauwenſteyn* (a) eyns ſyn worden eynes gemeinen burgfreden alda zu *Frauwenſtein* mit alſolichen underſcheiden als hie nach geſchre-

Digitized by Google

geſchreben ſteit Von alle erſte daz wir den burgfreden ſtede und veſte ſullen halden ane allerley argeliſte alſo verre als daz rechtlich eigen bigangen iſt (b) umbe die burg zu *Frauwenſtein*. vorbatz ſo ſprechen wir daz der vorgenante unſer herre von *Mentze und ſine ſtiffte* daz halpteyl des huſes zu *Frauwenſteyn* und daz *Capitel* zu *Mentze* das zwilffte teyl des huſes zu *Frauwenſteyn* anhoret und die vorgenante *Gotfrid Stail* eyn virtel und *Frederich* und *Gerhard* die vorgenante eyn zwilffte teyl und *heinrich* von *Lindauwe* der vorgenanten auch eyn zwilffte teyl an dem ſelbin huſe *Frauwenſteyn* zu rechte haben und haben ſullen und yederman vor der burg hait ſin wingart ſine Eckere ſin weſen und ſine garten und andere ir gute als jederman daz von aldere hait hergebrocht Ez ſal auch yederman geben ſin alde burghude als von alder herkommen iſt Ez ſullen auch Thornknechte portener und Wechtere uns allen gemeinlich halden zu allem unſerm rechte Iſs ſullen auch die burgmanne die zu dem huſe *Frauwenſteyn* horen allewe hulden als burgman billich hulden ſullent irme herren und ſprechen auch ine daz wir die Lute jnne dail geſeſſene ſint gemeinliche vertedingen und vorantworten ſullen an allen ſachen wann ſie gemeinlichen *dienen* uff daz hus (c). wir ſullen auch gemeinlichen den dail beſchirmen als von alder herkomen iſt. Wen auch unſer herre von *Mentze* odir ſine nachkomen zu eyme Burgrauen ſetzet uff daz huſs der ſal ſweren zu den heilgen dieſs brieff veſte und ſtede zu halden mit allen den vorworten als dauor und hienach geſchriben ſteit. Geſchee es auch daz Got vorwende daz krieg odir miſſehellunge uffertunden zwuſchen uns ſo enſal unſer keiner widder den andern nicht behelffen uſs dem huſſe odir uz dem Burgfrede geſchee iz auch alſo daz unſer etlicher etwanne enthilde uff ſime teyl der burg widder einen andern dann widder uns ſo ſal die wyle der krieg weret da der an enthalden iſt unſer keiner die an-

andern parthie nicht enthalden noch uff ſine teyl laſſen komen (d) und daz dieſe dinge alle ware ſin und ſtede bliben ſo haben wir alle unſer Ingeſigel an diſen brieff gehencket, und haben wir vorgenante *Ertzbiſchoff Peter* by guden truwen globt und wir daz vorgenant Capitel mit unſer Mumpar und wir *Gotfryd Stayl Frederich Gerhard* und *heinrich* die vorgenante zu den heilgen geſworen alle die vorgenante dinge zu halden als ſie dauor geſchriben ſten. Dieſe dinge ſin geſcheen zu *Mentze* do man zalte von Gots geburdten Drutzenhundert jaren In dem nuntzehenden jar an Sti *Martins*tag. 11. Nov.

a) An. 1310. *Joannes de Limpurg Petro Archiepiſcopo* vendidit omnem proprietatem & jus quod habuit in Caſtro *Frauenſtein* in *Rhingavia.*

b) *Termini pacis Caſtrenſis* caute olim deſignati, tum propter ipſum *loci proprietatem*, tum propter *juris dicandi poteſtatem occaſione Exceſſuum.* Extenſi ii nonnunquam longe ultra *pomoeria, über die Zwinger und Schläge*, Bannusque burgi comprehenſus vel *lapidibus terminalibus*, vel, quod conſuetum magis, *foſſatis & turribus*, *Landwehren*, *Landgraben*, *Pfahlgraben*, *Gebick*, & *Warthen.* Feſtivo nonnunquam ingenio in deſcribendis his rebus uſa majorum ætas. Artificialem terminum exhibet pax Caſtr. *in Staden*, A. 1392.: "*vnd derſelbe* (pax Caſtr.) *ſin vnd geen ſal in dem obgenant. Burg vnd ſtad vnd vſſewendig der Burgmüren, als Wynd vnd als Verre, als man mit eyme ſtegereiff armbruſte daz man mit eyme gortel geſpannen mag, uff der ringmuren vnd voir dem grabin vnd die Stad Staden umb vnd vmb geſchiſſen mag one geuerde*,,

c) *Burgfeſten*, *operæ burgenſes*, *patrimonales* olim, *eæque ſolæ.* Nunc *territorialium Burgfeſtarum* politeuma, ſubditis ſat grave nonnunquam, innotuit. Qui cives ſ. burgenſes *omnibus* omnino *operis* eximunt, *ſcaræ communis* & harum *Bugfeſtarum* rationem non habuiſſe videntur. Sane *præſumtio pro obligatione ad Burgfeſtas*, eaſque *indeterminatas*, cæterum tamen *ſolas*, pugnat contra *burgenſes Germaniæ* quoſcunque.

d) *De hoc Commeatu & Servatico Caſtrenſi*, (*enthalt*) genuinam indolem & jura infra dabimus.

LXXV.

Clenodia que habuit eccleſia Magontin. An. 1319.

Item Nota. quod Anno Domini M.CCCXVIIIJ. in vigilia
23. Aug. *Bartholomei* deportatum fuit argentum quod fuit in *Sacriſtia majoris eccleſiæ* ad curiam *Erbacenſem*, & invente fuerunt CCCLXXVIIJ. Marc. argenti.

Item. XXVI. M.

Item preſentate fuerunt ad curiam *Erbacenſ.* C. Marc. argenti quas reſtituit prepoſitus.

Item - C. Marc. argenti.

Summa argenti predicti. D. LXXVIIJ. Marc. -

Summa totalis argenti DC. IIIJ. Marc. - argenti.

Item preſentate fuerunt in ſacco uno XLVIIJ. lib. den. *Schenevenſium.*

Item nota, quod poſt preſcripta reſtitute ſunt Camerario. C. Marc. argenti quas depoſuit ad curiam *Erbacenſ.* reſtitute ſunt ab *hoſpitali in Mildenberg.*

Item Camerario preſentati ſunt per *Dominum de Rodinſtein* XL. floren. parvi & XX. magni.

Item *dominus C. de Rudinſheim* reſtituit LXVI. Marc. argenti quas debuiſſet dediſſe pauperi familie, depoſite ſunt ad curiam *Erbacenſ.*

Item nota quod de curia *Erbacenſ.* & de camera ſunt collecta XX. panni qui dicuntur pretioſi qui reponuntur ad curiam *Erbacenſ.*

Item ſeptem panni de ſerico, quorum aliqui ſunt confraternitati.

Item Baldekini. XVJ.

Summa pannorum - XLIIJ.

Item

Item *Keppingus* debet habere duos Baldekinos.

Anno Domini MCCCXVIIIJ. feria ſexta poſt *Aſſumpt. beate Virginis* deportata ſunt Clenodia Domini de *ſacriſtia majoris eccleſie* ad curiam *Erbacenſ.* primo, Cantari octo & unum parvum aquaticum.

Item Cornua. Sex

Item unum vas argenteum quod dicitur mulde.

Item unum vas in quo portatur Corpus Chriſti.

Item unus Calix.

Item unum vas ad trageam.

Item tres flaſce cum ſex picariis.

Item unum Caldare ad aquam benedictam.

Item unus Ciphus magnus cum coopertorio.

Item tres phiale cum pedibus & coopertoriis.

Item unus criſtallinus.

Item unus ciphus cum pede de Vladir.

Item unus ciphus de Vladir.

Item unus ciphus qui dicitur Cop. de Vladir.

Item candelabra IIIJ.

Item unus ciphus criſtallinus cum pede.

Item tres ciphi cum pedibus de jaſpide.

Item unus ciphus de nuce cum pede.

Item duo ciphi de auro.

Item anuli. XI.

Item ſcutelle magne XXVIIJ.

Item ſcutelle parve ad ſalſa. X.

Item diſcus dicti dellire. IIIJ.

Item pelves magne. V.

Item ſchale V. ſicut pelves.

Item ſchale mediocres. IIJ.

Item Ampulle. Sex.

Item Coopertoria VIIJ. abſque ciphis.

Item cinguli - argent. V.

Item una monſtrancia cum ſanctuario.

S 2 Item

Item cocliaria argentea XIJ.
Item cocliaria IIIJ. d. jaſpidibus.
Item quinque vaſa quæ dicuntur coppe quorum unus eſt aureus.
Item una navis.
Item IIJ. anuli precioſi & IIIJ. aurei.
Item VIIJ. lapides.
Item in Camera ſunt - X - anuli pretioſi.
Item in Burſa Domini ſunt IIJ. anuli.
Item unus Saphirus circumductus auro & pendet in philo ſerico.
Item unus ciphus magnus cum coopertorio eſt deportatus ad curiam *Erbacenſ.*
Item unus ciphus de Maſaro cum coopertorio.
Item unus ciphus.
Item unus magnus ciphus.
Item criſtallinus cum pede argenteo.
Item una Schala de Maſaro cum tribus pedibus.
Item unus Cantarus, quem dedit ille de *Seberg.*
Item Schale cottidiane ſunt XXIIIJ.
Item Schale IIJ. intrinſecus deaurate.
Item Scutelle magne XIJ.
Item Scutelle parve VJ.
Item due pelves.
Item unus Coppus antiquus.
Item duo Cantari aquatici.
Item unus Cantarus de duali.
Item in camera ſunt VIIIJ. anuli pretioſi & IJ. anuli mediocres.
Item due pelves.
Item duo vaſa quæ dicuntur Kar.
Item magnum Cocliar.
Item una ymago ſuper quam ponitur lingua pentina.
Item Ciphus criſtallinus cum coopertorio.

Item

Item unus ciphus argenteus.
Item unus ciphus deauratus cum coopertorio.
Item unus ciphus in quo portatur tragea.
Item unum cornu.
Item IIIJ. Coppi argentei.
Item unus criſtallinus cum pede ſine coopertorio.
Item una phiala ſine ornamento.
Item duo ciphi ſunt preſentati per prepoſitum.
Item preſentavit unum ciphum cum coopertorio.
Item duas Schaleas parvas preſentavit.
Item preſentavit quinque ſcalas incluſa balla.
tem preſentavit unum cantarum.

